

Definitio a-
lia facti.
Sacrificare
quid.
uocare quid.

conferunt. Contraria vero iis que diis grata sunt, impii sunt, & vnicersa peruertunt ac perdunt. s. o. c. Pacionibus admodum, o Euthyphro, si voluisses, summam coram que rogabam explicuisses: sed factis apparet, quum non promptus & libens ad me docendum accedas: etenim nunc cum in hoc esses, resiliabas: quod si respondisses, fortassis dudum sanctitatem ab te didicissem: nunc autem (necesse est enim interrogantem interrogatum sequi quacumque dicit) quid tandem dicis sanctum esse, atque sanctitatem in omne scientiam quandam vovendi, atque sacrificandi? E. T. Equidem. s. o. Nonne sacrificare est munera diis offerre? V. Ouerere autem, a diis petere? E. T. Et maxime quidem, o Socrates. s. o. Scientia ergo & diis dadi, & ab iis petendi, hoc quidem pacto sanctitas erit. E. T. Perpulchre, o Socrates, quod dicebam intellexisti. s. o. R. A. Audis sum o amice, sapientia tuę, mentemque adhibeo, nec ex cedere quicquam parat frustra. At mihi dicas, oro, quemnam hac est ministratio erga deos? An esse dicis ab iis petere aliquid, & iis dare? E. T. Certę. s. o. R. Rectę ab illis petere, nonne est ea petere quibus egemus? E. T. Quid ergo? s. o. R. Rectę autem dare, ea quibus indigent illis offerre? Neque enim scitum esset, ea aliqui quibus non indiget clargiri. E. T. H. Vera narrao, o Socrates. s. o. C. Mercatura igitur, o Euthyphro, inter deos & homines mutua quedam sanctitas erit. E. T. Mercatura, si sic nominari lubet. s. o. S. At nihil mihi placet, nisi sit verum. Dic ergo, quemnam diis ex munere nostris vitulas? Nam que ipsi dent, nemo est qui ignoret. Nihil enim nobis est bonum, quum illi prebeant: que vero a nobis accipiunt, quid illis conferunt? An tunc ipsis in hac mercatura prestantur, vt cum nos omnia ab illis bona via scriptamur, ipsi nihil a nobis boni reportent? E. T. H. Non opinaris, o Socrates, deos iis, que a nobis accipiunt, aliqua ex parte iuvari? s. o. At quid tandem erunt hec nostra dona diis oblata? E. T. H. Quid putas aliud quam honorem, venerationem, & vt modo dixi, gratiam? s. o. Est igitur, o Euthyphro, gratiosum diis, sanctum, non autem vtile, aut amicum? E. T. Reor equidem maxime omnium amicum, s. o. Igitur sanctum rursus vt videtur est, quod sit diis amicum? E. T. Maxime. s. o. An est mirum igitur cum hec dicas, quod rationes tibi nequaquam consistere, sed vacillare potius videntur, ac me veluti Dardalum culpās, quod cas nutare copellam? cum tamen ipse longe admodum artificiosior sis quam Dardalus, dum ipse facis, vt sermones in circulum reuoluantur. An non sentis orationem rursus in idem resuere? Meministi enim in superioribus sanctum & dilectum Deo haud eadem, sed diuersa inuicem apparuisse: an non meministi? E. T. Memini. s. o. C. Nunc vero nequaquam animaduertis te sanctum deo amicum dicere: hoc autē nihil aliud est quam deo dilectum. An non? E. T. H. Omnis. s. o. R. Ergo aut tunc non rectę concessimus, aut si rectę tunc, modo, non rectę iudicauerim. E. T. Videtur, s. o. C. Igitur a principio rursus quid sanctum sit, examinandum est. Nam ego antequam discam, lubenti animo deteritrus nō discendam. Sed ne me contemnas, imo mentem penitus adhibens quam maxime nunc exprime veritatem. Nosti enim si quis hominum alius. Neque dimittendus es, quemadmodum Proteus, priusquam dixeris. Nam nisi iudico sanctum ac propianum nouisses, nunquam mercenarij cuiusda gratia, virum senem & patrē vt reum mortis persequi statuisses, sed

deos timuisses, ne forte minus id rectę aggredereis, atque homines veruisses. Nūc autem noui quod sanctum & propianum, neque plane opinaris. Dice igitur optime Euthyphro, nosce nos celes quid ipsum esse putes. E. T. H. Alias, o Socrates, nunc enim alio propro, & hora est vt abeam. s. o. Quid agis amice? Magna de te p me nunc abiens deicicisti, qua sperabam abs te quid sanctum, quid non sanctum diceret, atque Meliti accusationem euadere, ostendens illi quod neque Euthyphro diuino sapientiam adeptus fuerim, & abeque vltieris ex mea rudiq; sententia nouum aliquid de diuinis inducturus sim, sed reliquum omne tempus rectius mihi victurus.

PARMENIDES, VEL, DE VNO RERVM OMNIVM PRINCIPIO, ET DE IDEIS.

MARSILII FIGINI ARGUMENTVM.

Em Plato omnes eius dialogos totius sapientia semina pariter in libro de Reipublica moralis philosophia instituta collegit, omnem naturalium rerum scientiam in Thimo, vnicersam in Parmeide complexus est: theologia: enim, in aliis locis interuallo cetera philosophos aduocasse, in hoc tandem seipsum superasse videtur. Ex diuina mentis aditu inuicem, philosophus sacrosanctis hoc opus diuinitus deprompsit. Ad cuius sacrosanctiorem quisquis accedit, prius sobrietate animi, mentisq; libertate se preparat: quam adtrellare mysteria celestis operis audeat. Hic enim dicitur Plato de ipso vno subtilissime disputat, quemadmodum ipsum vnum rerum omnium principium est, super omnia, & omniaq; ab illo. Quia patto ipsum extra omnia sit, & in omnibus, omniaq; ex illo, per illud, atque ad illud. Ad hunc quod super essentiam est, vnum intelligentiam gradum ascendit, vnum quippe in rebus ordine reperitur. In us que sunt, atque sensibiles subsistentur, & sensibilia nominantur. In us etiam que semper eadem sunt, & intelligibilia nuncupantur, non sensibilia, am plius, sed sola mente percipienda. Nec nisi tantum verum certans supra sensum & sensibilia intelligendum, & intelligibilia ipsum vnum existit. Quamobrem hoc in dialogo Zeno Eleates primo Parmenidis Pythagorice discipulus vnum esse in se subsistens probat, aut edens quod si hoc multa essent, nullo modo vnum natura participantia, errores pluri sequerentur. Deinde Socrates Zenoni non repugnat quidem, sed cum alijs eleatis, ad considerationem vni & vnicium que in rebus intelligibilibus insunt, perducit: ne in hoc quo quod sensibilibus, inest, mouetur. Ex hoc igitur ad ideas innititur, atque peruenit, in quibus rerum vnicitates consistunt. Post rem Parmenides ipse sensus hanc quam Socrates contradicentem, sed inuoluntatam contemplatorem eius absolutem, integram ideatum explicat rationem. Postquam vero de istis quibus inuicem Prima vnum fuit. Secundo quorum Idee sunt, & quorum minime. Tertia quales sunt, qualesque vni habeant. Quarto quomodo ab us que a se ipse sunt, participantur. Hinc iam ad vnum quod super intelligibilia & Ideas existit, ascendit ipse, non enim de alijs suppositiua aduocet, quoniam si non sit, quatuor si non sit vnum, quare quid vnum sequatur. Ha vero suppositiones a rebus vni & duplices ipsas non esse pariter ne ducuntur. V. non quippe vni, super esse esse, post esse reperiunt. Ipsum vero non esse gemina considerationi subsistentur. Aut enim nullo modo esse, aut parum esse, parum non esse quis cogitat. Prima itaque suppositio tractata, si vnum super esse existit, quid circumsistat ad ipsum, & ad alia sequitur. Secundo si vnum esse est, quomodo se habeat ad se ipsum, & ad alia. Tertia, si vnum sub esse ponitur, quid illud ad se ipsum aliaque continet. Quarta, si vnum super esse consistit, quomodo se habeat ad se, & ad alia. Quinta, si est illud vnum quod cum esse locatur, quid alia ad se, & ad alia accidit. Sexta, si non est vnum ita vt parum sit, parum non esse sit, quid se ratione ad se, & ad alia habeat. Septima, si non est vnum ita vt nullo modo sit, quomodo patto se habeat ad se ipsum, atque ad alia. Octaua, si non est vnum ita vt parum sit, parum non sit, quid alia ad se, & ad alia emenat. Nona, si non est vnum ita vt nullo modo sit, quid alia ad se, & ad alia deinceps participantur. In us omnibus generum sententiis, Parmenides, postquam hoc

Nouem sup-
positiones
de vno.

Hic videtur
deserere vna
alia suppositio-
nes, que di-
cit, si vnum
sub esse po-
natur, quomodo se ha-
beat ad se, &
ad se, &
ad vnum.

affr

Vnum.
Aliud &
alia.

Occasio di-
logi.



CEPHALVS, ADIMANTVS, ANTIPTO, GLAVCO, PYTHODORVS, SOCRATES, ZENO, PARMENIDES.

Vm domo e Clazomene Athenas profecti essemus, iuxta forum Adimantum & Glauconem offendimus. Et manum meam prehendentem Adimantum, Saluce, inquit, o Cephalo, & si quo indiges quod noitra facultatis sit, dic. At ego, inquam, ad id veni, quia vestra opera indigeam. Expone, inquit, quid sit quo indiges. Tum ego, Fratri vestro germano quod nomen erat: non enim memini. Erat enim ferme puer, quando primum huic Clazomene accessi. longum vero intercessit temporis interuallum. Patri tamen eius Pyrilampes nomen fuisse arbitror. Profus, inquit, ipsi vero nomen Antipho. sed quid potissimum queris? Hi, inquam, concius mei ardentis sunt sapientiam amatores, audieruntque hunc Antiphonem diu Pythodoros Zenonis socio familiariter vsu, rationes quas quondam Socrates, Zeno, atque Parmenides inuicem pertractarunt, cum a Pythodoro frequenter accepisset, memoria retinere. Vera, inquit, dicis. Has itaque audire desideramus. Haud difficile est, inquit, nam dum esset adolecentulus, eas diligenter meditabatur. Nunc vero apud amum, cui idem est nomen, circa rem equestrem vt plurimum versatur. Ceterum, si opus est, ad eum proficiscamur, modo enim hinc domum abit. habitat autem prope in Melita. Cum hac dicta fuissent, accessimus, domique inuenimus Antiphonem fratrem quoddam aptandum fabricadentem. Postquam vero ab illo discessit, & fratres aduentus nostri causam retulerunt, agnouit me quod prius illuc accessissem, & complexum me salutauit. Nobis autem orantibus, vt disputationem illam referret, primum quidem recitabat (est enim opere non mediocri) deinde etiam exposuit. Dicebat ergo Antipho, Pythodorum narraffe, Zenonem atque Parmenidem venisse quondam ad magnorum Panathenorum celebratam, & Parmenidem iam senem atque canem, aspectu decorum fuisse, annos ferme quinque & sexaginta etatis agentem: Zenonem vero annos pene quadraginta natum, procerum insuper, & grato corporis habitu dicebatur autem in delicijs Parmenidis esse. Diuertisse vero apud Pythodorum extra mentem, in Ceramico, ac eodem aduentasse Socratem, aliofque cum Socrate plurimos scripta Zenonis audire cupientes: tunc enim primum ab illis aduecta. Socratem vero eo tempore admodum iuuenem exti-

tisse, legisse autem illis Zenonem ipsum. Parmenidem enim forte extra domum fuisse. Ac parum superfluum legendum Pythodorus aiebat, cum intrasset domum ipse vna cum Parmenide & Aristotele, qui de triginta viris vnus fuit. Itaque pauca que legenda restabant, audisse: Veritatem a Zenone prius omnia percipisse.

Socratem igitur cum ea audisset, primam primis Ictemonis hypothesin relegere iussisse, ac alecta, sic intulisse. Quomodo id dicis, o Zeno, si multa sunt que sunt, oportere ea similia, atque dissimilia esse est enim impossibile esse possunt. Nonne sic dicis? Sic certę, respondisse Zenonem. Nonne si multa essent, dissimilia similia, aut similia dissimilia esse, impossibile est etiam multa esse? Nam si multa essent, impossibile quiddam esse accidit. Num hoc Socrates tui voluit? neque aliud quicquam intendunt: quam per omnia asserere non esse multa, huiusque ipsius vnamquamque rationem coniecturam esse putas, ac totidem coniecturas atulisse teneas, quot rationes atulisti, quod multa non sint? Sicne dicis? An ipse non rectę percipio? Imo, respondisse Zenonem, optime qui hac scripta sentiant, intellexisti. Intelligo, dixisse Socratem, o Parmenides, quod Zeno hic non amicitia solum conspiciat vult tecum, sed iis etiam que composuit. Idem enim quodammodo quod & tu, scripsit: verum permutatione quadam nos decipere tentat, quasi aliquid quam tu dicat. Nam tu in poematibus vnum vis esse hoc totum quod est, atque huius argumenta quam pulcherrima exhibes. Hic vero multa esse negat, coniecturas & ipse permutat ac validas prebens. Dum ergo alter vnum dicit, alter non multa, & cum in modum vterque loquitur, vt non videatur idem inferre, cum tamen eadem ferre dicant, videntur nobis ista supra nos dici. Ita est, o Socrates, dixisse Zenonem, non omnino tamen rem tenes, quamuis ceu canes Lacenę bene infens, & vestigias dicta. Primum enim hoc te fallit, quod se tollant idcirco scripta, vt si, quod tu putas, exterius consecuti non possint, magnum quiddam sit nobis confectum. Sed quod quæsitum tu putas, vltro sic euenit. Sunt enim hac reuera conscripta in suffragium Parmenidis, aduersus eos qui illum capere nituntur, dicentes: si quidem vnum sit omne, ridicula plurima huic opinioni, ac etiam si hi penitus repugnantia eueniant. Oppugnat igitur eos scriptum hoc qui multa esse voluit, ac plurima vicissim obicit, vt pateat multo absurdiora ex opinione illorum sequi, quod scilicet multa sint, quam ex opinione Parmenidis quod sit vnum, si quis diligenter examinare. Ob hanc itaque contentionem in ipsa inuenture librum composuit, quem susprensus quispiam edidit antequam consultare mihi liceret, an edendus esset in lucem, necne. Id ergo te fugit, o Socrates, quod existimas non iuuenili contentione, sed senili ambitione scriptum fuisse. Veritatem, vt dixi, non inprece coniecit. Accipio, inquit Socrates, & puto sic te, vt dicis, habere.

DE IDEIS QVÆ DAM.

Sed hoc mihi responde, putasse esse per se speciem quandam similitudinis: & hanc aliam quandam contrariam dissimilitudinis speciem: in quibus duabus & ego, & tu participemus, & alia que

que utique multa vocamus: atque ea quæcunque in similitudine participant, similia fieri cæteus, quarum participant: que vero dissimilitudine, dissimilia, & que utriusque? Quod si omnia utriusque contrariis existentibus participant, in eo quod utroque participant, similia & dissimilia inter se sunt, quid mirum? Si quis enim ipsa similia dissimilia esse diceret, vel dissimilia ipsa similia, monstrum quoddam, vt arbitror, diceret. Sin autem participantia in utriusque quispian vtraque pati assereret, nihil mihi, o Zeno, mirandum esse videretur. Neque etiam id mirarer, si quis cuncta vnum diceret ex eo quod in vno participant, atque hæc eadem rursus multa, quia multitudine quoque participant. At si quod ipsum vnum est, hoc ipsum multa esse ostenderet, & ipsa multa vnum iam summopere admiraret. Ac de cæteris omnibus eodem modo. Nam si genera ipsa, & species in seipsis ista contraria recipere dicat, admiratione profecto dignum erit. Etenim si quis me vnum ac multa esse demonstraret, nihil mirum. si quidem volens multa esse assereret, dixerit alia esse dextera mea, similia alia, alia anteriora, alia posteriora, & superiora denique ac inferiora similitate multitudine quippe, vt arbitror, particeps ipse sum: vnum verò me ostenderet volens, dixerit, quod è nobis qui septem sumus, ego vnus homo sum, vnus particeps, similitur nihil mirum. Quamobrem vera vtraque affirmantur. Si ergo quispian talia conetur, vnum & multa eodem demonstrare, lapides videlicet, ac ligna, & reliqua huiusmodi, vnum & multa ipsum ostendisse fatebitur, non tamen vnus multa, neque multa vnum, neque mirabile quispian dixisse, sed quod omnes confiterentur. At si quis eorum quæ paulo ante dixi, primum species ipsas secundum seipsas seorsum distingueret, veluti similitudinem, dissimilitudinem, multitudinem, vnum, statum, motum, cæteraque huiusmodi, deinde in seipsis ista commiserit, fecerintque posse asserere, oblitescerem e quidem, o Zeno. Et si ea que scripsisti, vt virum fortem decet, pertrahata esse reor, multo tamè magis mirarer atque letarer, si quis posset hanc eandem questionem in ipsis speciebus penitus implicitam, quemadmodum in rebus que videntur expositum est, ita & in his que ratione comprehenduntur clarius explicare. Dum hæc Socrates diceret, aiebat Pythodorus se putasse Parmenidem & Zenonem in singulari esse aduersus Socratem indignatos: eos autem summa quadam attentione auscultasse, ac frequenter alterutrum respicientes subtrixisse, quasi Socratem admirantes. Vnde cum finem Socrates loquendi fecisset, dixisse Parmenidem, O Socrates, quam dignus es admiratione propter impetum illum disputandi.

Vtrum mihi dicas oro. Tu ita, vt dicis, seorsum quidem ipsas species discreti, seorsum etiam speciebus participantia, videturque tibi quiddam esse ipsa seorsum similitudo, cuius & nos particeps sumus, & quiddam seorsum vnum, quiddam seorsum multa, & omnia quæcunque nuper à Zenone audisti. Mihi quidem videtur, Socratem respondisse. Num talia quædam inquis, rogasse Parmenidem, cui iusti speciem quandam ipsam per seipsam, & pulchri, & boni, atque omnium denique talium: Proflus. Nunquid speciem hominis seorsum à nobis, & cæteris eiusdem generis, & ignis etiam & aquæ speciem à Serpente, inquit So-

crates, in hac sum ambiguitate versatus, vtrum de his perinde vt de superioribus dicendum sit, an fecus. Vtrum deus eorum dubitasti, o Socrates, quæ rî dicula forte quis putet, sicut de pilis, lotuque, & macula, & aliis ignobilissimis rebus atque vilissimis: num ambigis vtrum ponenda sit horum cuiusque separata species, aliud quiddam ab illis existentibus, que nos pertrahamus, an non? Nullo pacto, inquit Socrates: sed que videmus hæc & sunt: speciem verò quædam illorum esse putare, forte nimis ridiculum esset. Aliquando tamen hæc me cogitatio perturbauit, ne quid forte sit in omnibus idem: sed vbi paulisper insitit, inde rursus discessi, metuens ne in nugis nullis vnquam verbis explicanda merus perirem. Vnde reuersus ad ea que species habere prædiximus, circa illa iam vt for. Iuuenis adhuc es, o Socrates, necdum te Philosophia cõplexa est. Amplederetur autem, vt mea fert opinio, quod nihil illorum neglexeris, nunc verò ad opinioniones hominum ob ætatem respicias.

Hoc igitur mihi dic. Videntur tibi, vt aiebas, species quædam existeret, & ea que illis participant, illarum cognomena sortitur veluti similitudine participantia, similia, magnitudine, magna, pulchritudine atque iustitia, pulchra & iusta vocantur: & maxime quidem, inquit Socrates. Nōne quodcumque species particeps sit, vel totam speciem, vel partem participat? An est alius præter istos participantia modos? Et quis alius? Socrates ait. Vtrum videtur tibi tota species in vnoquoque multorum esse vna existens? an aliter? Quid prohibet esse vnam? Vnum ergo & idem in multis foris positus, totum simul vnum erit, atque ita ipsum a seipso seorsum existeret. Nequaquam, inquit Socrates. Verum sicut dies vnus denique vbi que semel adest, necesse tamen à seipso fecerit, ita nihil prohibet quomolibet speciem vnam & eandem simul multis adesse, nec tamen à seipso fecerit. Belle, o Socrates, vnum idem simul in multis ostendis, ac si multos homines vello regens, dicas vnum in multis totum esse. nōne tale quiddam dicis? Forsitan. An ergo totum velamen singulari, vel pars eius alia alteri aderit? Pars. Diuisibiles igitur, inquit, o Socrates, species erunt, & que illis participant, partem capient, nec amplius in quolibet tota, sed pars cuiusque vnum erit. Sic apparet. Quid igitur, nunquid dices vnam speciem reuera & diuidi, & vnam esse? Nullo modo. Considera itaque, si ipsam magnitudinem partiaris, & vnum quodque plurium maiorum parte magnitudinis minore quam ipsa sit, magnum erit, nōne procul à ratione videbitur? Proflus. Quid verò, ipsius æqualis parte vnumquodque parum participans, habebit quo minore existente quam ipsum æquale, id quod habet æquale alicui sit? Impossibile. Sed & aliquis nostrum ipsius parui partem habebit, qua ipsum paruum maius est, quippe cum ea pars ipsius existat, atque ita ipsum paruum maius erit. Id autem cui ablata pars adiecta, minus erit, & nihil maius quam antea fuerit. Istud inquit fieri non posse. Quo igitur modo, o Socrates, ait, cætera speciebus participantibus, cum nec secundum totas, nec secundum partes participare queant? Per Iouem non leuè quiddam hoc ad determinandum mihi quidem videtur. Ad illud autem quid ais? Quodnam? Reor te idcirco quamlibet speciem putare vnam, quia cum plura quædam magna abs te videntur, vna quædam forsan idea tibi videtur omnia perspicientia

cienti, vnde ipsum magnum vnum esse putas. Vera dices. Quid si ipsum magnum acque alia que magna sunt animo, eodè modo consideres per omnia nōne vnum quiddam magnum iterum apparebit, quo hæc omnia magna videri necesse est? Apparet. Idcirco alia iam magnitudinis species præter ipsam magnitudinem, & participantia magnitudine, iterum elucebit, & in his omnibus alia rursus, qua vnuerfa sunt magna, nec amplius vnaqueque species vna erit, sed numero potius infinita. At forsitan, inquit Socrates, que libet hanc specierum notio quædam est, nec alibi esse quam in animis potest. Sic enim vnaqueque vna erit, nec contingent que tu dicebas. Quid ergo inquit, qualibet notio vna est notio autem nullius notio? At hoc impossibile. Sed cuiusdam. Cuiusdam sanè. Existentis, vel non existentis. Existentis. Num vnus cuiusdam, quod notio illa in omnibus sequens intelligit, ideam vna? Proflus. Præterea nōne species erit, hoc quod intelligitur vnum esse, semper in omnibus eadem? Necessarium hoc quoque videtur. Quid verò inquit Parmenides, an non necesse est, cum cætera speciebus participantibus, ex notionibus vnumquodque constare, & intelligere singulari vel cum sint notionem, nihil tamen intelligere? Sed neque id, inquit, rationem habet, verum quam maxime sic ista mihi se habere videntur, has quidem species tanquam exemplaria in natura consideret, cætera vero iis similia fieri, atque esse simulachra, nec aliter ista speciebus participare, quam quod illis similia sunt. Si quid igitur, vt ais, speciei simile est, vnum possibile est speciem ipsam non esse similem eius quod ipsi simile factum est, quatenus ipsi factum est simile? An cogitari potest simile nō esse simili simile? Non certe. Simile autem nōne eiusdè speciei necessario particeps est, cuius & illud cui simile sit? Necesse est. At quo similia participantia similia sunt, nōne illud ipsa species erit? Omnino. Non igitur potest quicquam speciei simile esse, nec species alteri. Nā præter ipsam speciem, species alia semper emerget: quod si illa cuiquam sit similis, alia rursus, nec vnquam progressus ille cessabit, quin noua species semper occurrat, si speciei participantis similis sit. Vtissima loqueris. Non ergo per similitudinem cætera speciebus participat, sed alius quiddam præterea querendus est participantia modus. Apparet. Cernis, o Socrates, quanta sequitur ambiguitas, si quis species, que species sūt, ipsas secundum se distinguit? Et maxime, inquit. Scito insuper te nondum, vt ita dixerim, comprehendere, quanta sic difficultas si vnamquaque rerum speciem segregatam ab aliis ponas. Quomodo id, inquit? Multa quidem alia sunt: sed hoc est maximum: quia si quis illas neque nosci oportere contendat, cum sint tales quales esse debere species dicimus, cum sanè qui ista dicat, nemo possit redarguere, nisi multarum rerum positus & ingeniosus sit, siue istuc contendat, paratissime præterea sequi demonstrantem, & plurimum longa ambage inferentem, persuaderi autem non poterit, qui ignotas illas esse contendat. Cur, o Parmenides? ait Socrates. Quoniam, o Socrates, & te arbitror, & quemuis alium quicunque essentiam quandam ipsam secundum se existentem ponit, eam in nobis esse non fore concessurum. Quo enim pacto, inquit Socrates, ipsa secundum se ipsam esset? Rescè loqueris. Nōne igitur quocumque ex ideis inuicem respiciunt que sunt, ipse ad se ipsas essentiam habent: non autem ad

ea que circa nos sunt, seu simulachra, siue quomodocumque illa quispian nominet, quibus nos participantibus singula esse denominantur? Que vero circa nos sunt, illis æquiuoca, ipsa similitur ad seipsa non ad species sunt, & sui ipsorum non illarum quecumque rursus similitur nuncupantur. Quomodo dices inquit Socrates. Veluti si quis nostrum alicuius dominus aut seruus sit, non ipse dominus quod dominus est, seruus existit, neque ipse serui quod seruus est, dominus est qui dominus dicitur: sed hæc vtraque est tanquam homo, ipsa verò dominatio seruitutis ipsius existit id quod est, & ipsa iterum seruitus eodem modo ipsius dominationis est seruitus: nec ea que nobis insunt ad illa, nec etiam que illis sunt, ad nos referuntur: sed, vt dixi, ipsa sui ipsorum & ad seipsa sunt, & que hæc sunt similitur ad seipsa respiciunt. Intelligitne quod dico? Proflus intelligo. Nōne & scientia ipsa quod scientia est, illius ipsius quod est, existit, scientia est: Omnino quidem. Que libet rursus scientiarum que est quod est, alicuius existentium est scientia, an non? Profecto. Scientia verò nostra, nōne veritatis que circa nos, scientia erit? Et rursus, vnaqueque nostra scientia, vniuscuiusque eorum que circa nos sunt scientia? Necesse est. Veruntamen ipsas species neque nos habere, neque circa nos esse posse asseritis? Non profecto. Nunquid scientia specie genera singularia nō sunt? Certe. Quam speciem nos haud habemus. Non certe nulla igitur species à nobis cognoscitur, cum ipsius scientia particeps minime sumus. Non apparet. Ignotum itaque nobis ipsum pulchrum, & ipsum bonum est, & omnia denique que vt ideas esse supponimus. Videtur. Considera & hoc etiam grauius. Quidnam? Num fateris, si est ipsum quiddam scientia genus, multo id præstantius futurum hæc nostra scientia, & ipsam pulchritudinem ac reliqua eodem pacto? Imò. Nōne si quid aliud est ipsius scientia: particeps, nullum nisi Deum dices supremam habere scientiam? Necesse est. Num poterit Deus cum ipsam scientiam sit amplexus, hæc nostra dignoscere? Cur non? Quoniam, inquit Parmenides, confessi sumus, o Socrates, neque species illas ad nostra vim habere quam habent, neque nostra etiam ad superna, verum vtraque ad seipsa referri. Confessus sum planè. Ergo si apud Deum suprema ipsa dominatio est, atque ipsa suprema scientia, nunquam aut dominatio ipsa nobis dominabitur, aut ipsa scientia nos, vel aliud nostrorum quicquam cognoscet: sed & nos similitur diis minime imperabimus imperio nostro, neque diuinum quicquam scientia nostra percipiemus. Et illi item eadem ratione nec nostri erunt domini, neque res humanas, cum dii sint, amaduertent. At nōne valde mirabilis, inquit, hic sermo videbitur, si quis Deum cognitione priuauerit? Hæc dicit, o Socrates, inquit Parmenides, aliæque præter hæc multa necesse est speciebus contingere, siquidem hæc rerum id est sunt, & aliquid vnamquaque harum, cum ex se sit, & aliis separat. Vnde vacillat quisquis hæc audit, ac dubitat, ne forte id ex nihil sint omnino: vel si sint, necesse sit eas humanæ naturæ ignotas esse, adeo vt qui hæc dicunt, cum dixisse aliquid videretur, mox illud, vt paulo ante patet, a mirum & interdidile videri: & viti admodum ingeniosi esse, percipere posse quodnam sit ipsum per se cuiusque genus, & ipsa secundum se essentia

Ipsum pulchrum & ipsum bonum dicitur ad se ipsa respiciunt.

tia cuiusque, necnon mirabilioris viri officium esse, hanc postquam inuenit, alios docere posse, sufficienter omnia discernentem. Assentior, menti meae mirifice consonant. Veruntamen, inquit Parmenides, si quis praedictis rationibus motus species rerum exaltatum auferat, neque speciem ipsam vniuersalemque distinguat, haud sane reperiet, quod conuertat intelligetiam, cum non permiserit ideam vniuersalemque rerum existentium eandem semper existeret, & in hunc modum differendi etiam facultatem funditus subuertet. Talem quandam rationem tu quoque praecipue sensisse mihi videris. Vera dicis. Quid itaque de philosophia facies? quod his ignoratis te verites? Handquaquam discernere id in praesentia videret. Primumque te exercitatis, o Socrates, definire aggrederis, quid polichrum, iustum, bonum, & aliarum qualibet specierum: hoc enim pridem animaduerti, hic te audiens vna cum hoc Aristotele disputantem. Pulcher sane atque diuinus, mihi crede, impetus iste tuus, qui ad rationes se fert. Ceterum collige teipsum, diligentiusque te in ea facultate exerce, quae inutilis esse videtur multis, & quaedam garulitas nuncupatur, dum iuuenis es, alioquin te veritas fugiet. Quis est igitur exercitatis huiusce modus Parmenides? Ille, inquit, quem a Zenone audisti. Sed etiam illud tuum aduersus hunc dictum miratus sum, cum diceret non in iis quae oculis percipiuntur, eorumque erroris cogitationem sistere oportere, sed ad ea confendere, quae quae maximae ratione comprehendere, ac vere esse putaret. Quia mihi videtur, inquit, non esse arduum, hoc pacto similia videlicet, atque dissimilia, exterius quae rebus existentibus competunt, explicare. Et probe quidem dixisti. Est autem praeter hoc, illud etiam obseruandum, vt non modo si est aliquid supponas, ac deinde quae proueniunt ex suppositione consideres: verum etiam si non sit, supponas, si modo recte exercitatis velis. Quo pacto id ais? Verbi causa, si velis circa istam suppositionem quam Zeno inuexit, si multa sunt, quid euenturum est ipsis multis ad seipsa & ad vnum, & vni ad seipsum, & ad multa. Acrursus si non sunt multa, iterum considerandum quid accidat vni atque multis, tum ad seipsa, tum inuicem. Et rursus si supposuerit esse similitudinem, vel non esse, quid poterit unum ex vtraque suppositione contingat, tam iis quae supposita sunt, quam ceteris omnibus, ad seipsa pariter, atque inuicem. Eadem quoque de dissimilitudine ratio est, de motu, statu, generatione, corruptione, esse, atque non esse, & vt vno verbo complectar, de quocunque supponitur aut esse, aut non esse, siue quamuis aliam passionem suscipere: consideranda sunt quae ex suppositione proueniunt ad seipsum, & ad quodlibet aliorum quocunque elegeris, & ad plura, & ad vniuersa similitur, & alia rursus ad seipsa atque ad aliquid quocunque assumpseris, siue vt existens, siue vt non existens ipsum posueris, si modo absolute exercitatis veritatem sis penitus inspecturus. Arduum, inquit, opus narras, nec te omnino intelligo. Quin tu ipse infers aliquid, illo ipso modo percurrens, vt clarius intelligam? Grande, o Socrates, onus seni imponis. Tunc Socrates, Cur non ipse, o Zeno, hanc rem dicat? Cui Zeno, subridens respondit, Ipsum, o Socrates, orems Parmenidem: neque enim leue quiddam est, quod ait. An non vides quantum sit

negotium, quod iubes? Quod si plures essemus, haud sane id postulare deceret. Indecorum namque huiusmodi quoddam in conspectu multorum tractare, atque id seni praecipue. Ignorant enim multi quod absque hoc per omnia velut discursu & errore impossibile sit, mentis veritati coniuncta componere fieri. Ego igitur, o Parmenides, vna cum Socrate precor, vt mihi etiam liceat tanto tempore transacto haec audire. Cum vero haec intulisset Zeno, aiebat Antipho dixisse Pythodorum, se quoque, & Aristotelem, ac reliquos omnes obsecrauisse Parmenidem, vt quod dixerat, demonstraret, neque aliter faceret. Tunc demum Parmenides, Necesse est, inquit, obtemperare, et si mihi videor in id quod passus est Ibycius equus, incidere. Cui Equus Ibycius, & athletae & seniori, curuum subito certamen, & propter experientiam euentum extimescenti, Ibycius ipse se conferens, inuitus, inquit, & ipse iam senex ad amores regredi cogit. Eadem ratione ego mihi admodum trepidare videor, cum cogito quo pacto iam grandis natu tam profundum differendi pelagus transnatare queam. Obsequendum tamen, cum & Zeno ipse roget: idem enim sumus. Vnde igitur incipimus? quidue primum ponemus. An vultus, postquam negotio iustum ingredi sumus, a me ipso meaque positione in primis exordiar, de ipso vno, inquam, siue vnum sit, siue non, quid accidat? Profus, inquit Zeno. Quis igitur mihi respondebit? An iunior minus enim negotij praebit: & quae ipse senior, maxime respondebit, vt eius responsio minus me defatiget. Paratus sum, o Parmenides, Aristoteles inquit, me nanque significas, dum iunior respondere iubes. Sed age, vt lubet, interroga me, tanquam libentissime responsum.

DE VNO.

Age igitur, si vnum est, non vtiue multa erit Prima suppositio, si vnum sit, enim: nec vtiue igitur partem esse illius aliquam, neque totum ipsum esse oportet. Cur nam? Pars vtiue totius pars est. Quid vero? Nonne totum est, cui nulla pars deest? Profus. Vtiueque igitur ipsum vnum ex partibus esset, totumque existens, ac partes habens. Necesse est. Vtiueque rursus ipsum vnum multa potius, quam vnum esset. Verum. Oportet autem non multa, sed vnum ipsum existere. Oportet sane. Itaque nec totum erit, neque partes habebit, si vnum fuerit ipsum vnum. Non certe. Si nullam habet partem, nec principium etiam, neque finem, neque medium habebit. partes enim ipsius haec essent. Probe. Quinetiam principium & finis, termini cuiuslibet sunt. Quidni? Infinitum igitur ipsum vnum, cum principio sineque careat. Infinitum. Ergo & absque figura: neque enim rotundi, neque recti particeps est. Cur? Rotundum porro id est, cuius extrema vndique a medio aequae distant. In nemp. Rectum vero cuius medium extremis vtriusque de regione est. Sic est. Nonne partes habere ipsum vnum, multaque esset, si recta vel circularis figura esset particeps? Omnino quidem. Idcirco, neque rectum particeps, neque rotundum, cum partes etiam nullas habeat. Recte. Quinetiam cum tale sit, nusquam est nam neque in alio, neque in seipso esse potest. Quamobrem? Si in alio esset, circulo quodam ab eo in quo esset, concluderetur, passimque ab illo, ac multis partibus tangeretur. At cum vnum impari-

Equus Ibycius

Logo & aliteratio motus soli sunt.

Quod circulo mouetur, in medio consistit.

Partes sunt.

Rationes quibus pellicularum est.

bile sit, & rotunditatis expert, impossibile est multitudine circulo tangi. Impossibile. Sin in seipso esset, ipsum seipsum complecteretur, non aliud quiddam quam ipsummet existens, siquidem in seipso sit, non enim potest quicquam in aliquo esse, quin ab illo etiam comprehenderetur. Impossibile certe. An non aliud quiddam esset ipsum vt comprehendens, aliud vt comprehensum, inquam enim idem ipsum totum vtraque haec simul pateretur & ageret, quo sit, vt ipsum vnum non vnum vterius, sed duo sit. Est vt dicis. Nusquam igitur est ipsum vnum: quandoquidem nec in alio, nec in seipso est. Nusquam. Considera, quae loquor, num quod huiusmodi est, aut stare aut moueri possit. Quidni possit? Quoniam quod mouetur, vel fertur, vel alteratur: hi quippe soli sunt motus. Esto. Si ipsum vnum ex eo quod est alteratur, impossibile est iam esse vnum. Impossibile. Idcirco secundum alterationem non mouetur. Non, vt apparet. Nunquid secundum progressionem? Fortassis. Atqui si ipsum vnum feratur, vel in eodem motu spherico circumferatur, vel locum alium ex alio mutat. Necesse. Nonne quod circulo circumferatur, in medio consistere oportet, atque alias sui partes quae circa medium voluantur, habere? Cui vero nec medium, neque pars vlla conuenit, quomodo id cogitari potest in circulo circa medium volui? Nullo pacto. An locum transiens, alias alibi fit, atque ita mouetur? Forte. Num esse ipsum in aliquo, vt impossibile iam redarguitur est? Est. An non multo magis impossibile ipsum in aliquo fieri? Non intelligo satis. Si in aliquo aliquid sit, necesse est non di in illo penitus esse, siquidem adhuc in illo continue fiat: nec etiam extra illud profus exare, siquidem in eo iam fiat. Necesse est. Si ergo aliud quicquam hoc patitur, id solum patitur, cuius partes alique sunt: partem enim in illo iam est, quod patitur, partem interum extra: quod autem nullis partibus constat, nunquam in aliquo totum esse, ac totum simul abesse poterit. Vera. Quod vero neque partes habet vllas, neque totum est, multo magis etiam impossibile est, siue secundum partes, siue secundum totum alicubi fieri. Apparet. Ergo nec aliquid peregrins, nec alicubi ingrediens locum mutat, neque in eodem reuoluitur, neque etiam alteratur. Non videtur. Secundum quemlibet igitur motum immobile est ipsum vnum. Immobile. Praeterea ipsum vnum in nullo esse posse asseuerauimus. Haud igitur aliquando in eodem est. Quamobrem? Quoniam iam in illo esset, in quo eodem est. Profus. At vero nec in seipso, neque in alio ipsum vnum esse poterat. Non certe. Nunquam igitur ipsum vnum in eodem existit. Nunquam, vt videtur. Quod vero nunquam in eodem existit, neque quietem agi, neque stare. Neque enim possibile est. Idcirco ipsum vnum nec stare, neque moueri videtur. Non apparet. Item nec alteri, neque sibi ipsi etiam idem est, rursusque nec a seipso, nec ab alio quodam alterum. Quid ita? Si a seipso alterum sit, ab vno alterum esset, nec esset vnum. Vera. Et si alteri idem fuerit, illud quidem erit, nec ipsum quod est: quapropter nec vterius erit ipsum quod vnum, sed aliud quiddam praeter vnum. Sic est. Ideo idem alteri, vel a seipso alterum dici nunquam debet. Nunquam plane. Sed neque alterum ab alio esse potest, donec vnum est: neque enim vni congruit, vt ab aliquo alterum sit, sed soli ei quod alterum est ab alio. Alteri autem nulli conuenit. Probe. Ex

co igitur quod vnum est, non erit alterum. An putas? Nequaquam. Quod nisi hoc, non seipso: si non seipso, neque ipsum. Ipsum vero nullo modo alterum existens a nullo alterum est. Recte. Neque sibi ipsi idem erit. Cur non? Non ea est ipsius vniuersi natura, quae ipsius eisdem natura est. Quare? Quia nondum quomodo idem sit aliquid alicui, vnum efficitur. Quia de causis quod multis idem sit, inulta, non vnum fieri necesse est. Verum. At si ipsum vnum atque ipsum idem nihil discrepant, quoties quid idem fietet, vnumquodque semper efficeretur: quotiesque vnum, semper & idem. Et maxime quidem. Quapropter si ipsum vnum sibi met idem fuerit, non vnum sibi exisset: atque ita vnum existens, non vnum erit. Impossibile id quidem. Impossibile igitur ipsum vnum, aut alterum ab alio, aut sibi ipsi idem esse. Impossibile. Hactaque ratione vnum, nec idem, nec alterum, aut sibi, aut alteri esse poterit. Non profecto. Sed neque simile, neque dissimile cupiam, aut sibi, aut alteri. Quam ob causam? Quia simile est, cui idem quiddam accidit. Nempe. Ipsum tamen idem ab vno natura fecerit ex ante dictis apparuit. Apparuit certe. Veruntamen si quid praeter id quod est vnum esse, ipsum vnum recipit, patitur iam plura esse quam vnum. Id autem impossibile est. Ita. Vel hanc causam nunquam ipsum vnum, idem esse, vel sibi, vel alteri patitur. Non videtur. Ergo nec simile aut sibi met, aut alteri esse potest. Sic apparet. Nihil tamen magis esse alterum sustinet. Nam sic etiam plura quam vnum esse contingeret. Plura sane. Quod alterum vni a se, vel ab alio sit, dissimile quoque aut sibi ipsi aut alteri eisdem efficitur. quippe cum illud etiam quod idem esse recipit, simile fiat. Probe. Vnde ipsum vnum cum nullo modo susceperit alterum, nunquam quoque dissimile siue sibi met, siue alteri fiet. Nunquam profecto. Quamobrem nec simile, neque dissimile vnum a se, vel sibi, aut alteri ipsum vnum est. Non, vt videtur. Praeterea cum huiusmodi sit, nec aequale etiam, nec inaequale cuiquam vel sibi, vel alteri. Quid ita? Quod aequale est, eandem mensuram erit, quarum & illud cui aequale dicitur. Sic est. Quod maius est vel minus, quo ad illa quibus commensurabile est, minoribus quidem plures mensuras habet, maioribus autem pauciores. Certe. Quibus autem incommensurabile, quo ad haec quidem, minorum, quo ad illa vero, maiorum mensurarum erit. Quidni? Nonne impossibile est, quod nullo modo ipsius eisdem sit particeps, aut mensuras eadem, aut aliud quoduis idem sortiri? Impossibile. Itaque nec sibi, nec alteri erit aequale. quippe cum mensuris eisdem non vtatur. Minime, vt apparet. Quinetiam si pluribus aut paucioribus mensuris circumscriberetur, totidem partibus quot & mensuris constabit: nisi quae non amplius vnum erit, sed tot potius, quot & mensurae in sunt. Recte. Quod si vnius mensura sit, aequale vti que ipsi mensurae fietet. Veruntamen impossibile esse apparuit ipsum vnum aequale cuiquam esse. Apparuit certe. Quod igitur nec vnius mensurae est particeps, neque multarum, neque etiam paucarum, nec vilo modo ipsius eisdem, nunquam sibi ipsi, vt videtur, erit aequale, nec etiam alteri, nec maius praeterea aut minus, vel semetipso, vel alio. Sic profus sit habet. An forte antiquius, aut iunius, vel etiam coartaneum ipsum

Alia est natura vniuersi quam eiusdem.

Aequale quod.

Quibus autem incommensurabile.

ipsum vnum apparet? Quid prohibet id sanè. Quomodo si eandem etatem vel secum vel cum alio quoquam aequitate & similitudine temporis participabit, ostensum est tamen, nec aequalitate, nec similitudine ipsi vni vllam adesse posse. Ostensum profecto. Nónne hoc quoque diximus, nec inaequalitate neque dissimilitudinis cõpote exillere? Quam maxime. Quo igitur pacto quod huiusmodi est, scilicet aut iunius aliquo, vel etate par vlli esse poterit? Nullo modo. Ergo ipsum vnum non iunius, non senius, non etate par aut ad seipsum, aut ad aliud erit? Non apparet. Item nec in tempore etiam vllò pacto ipsum vni cum tale sit, erit vnumquam. Etenim necesse est quicquid est in tempore, seipso semper seipsum fieri. Necesse. Et quod senius, semper iuniori senius. Cur non? Itaque quod seipso fit senius, seipso etiam simul iunius fit: siquidem aliquo tempore esse debet. Quomodo dicitis? Hoc modo, diuersum alterum alteri nihil fieri oportet, diuersum quomodo iam fit, sed iam existentis iam esse, praeteriti praeterisse, futuri fore ens verò quod fit, nec praeterisse, nec fore, nec esse, diuersum est: sed fieri: nec aliter esse. Necesse est. At verò senius oppositò quiddam est iuniori, nec alteri penitus vlli. Est. Quod ergo seipso fit senius, necesse est simul quoque seipso iunius fieri. Videtur. Quinetiam nec longiori seipso tempore, neque breuiori fieri, sed per equare semper tempus se cõ ipso gen, & esse, & fuisse, & futurum esse. Necessaria quoque haec sunt. Necessarium ergo videtur, quodlibet eorum quae in tempore sunt, atque hoc tali participat, eandem secum ipso etate age-re, ac senius seipso simul & iunius fieri. Apparet. Ipso verò vni nulla proflus ex iis passionibus accidit. Nulla. Nullus ergo temporis particeps, nec in aliquo tempore. Non sanè vt ratio dicat. Quid igitur? ipsum erit, fuit, fiet, nõne participationem temporis erit, fuit, fiet, nõne participat? Quomodo? Quomodo. At verò erit, fiet, factum fuerit, an non futurum nobis designat? Futurum. Est autem & fit, praesentis sui temporis notè. Omnino quidem. Si ergo ipsum vnum nullo proflus participat tempore, nec fuit vnquam, nec fit, neque est, neque fiet, neque factum erit, neque erit. Verissima haec sunt. Num potest quicquid essentia aliter quam secundum illorũ aliquod participare? Nõ aliter. Nullo igitur modo est ipsum vnum. Haudquaquam videtur. Non itaque ita est vt sit vnum, esset enim iam ens & essentia particepsimo vt videtur ipsum vnum neque vnum est, neque est, siquid huic rationi credendum. Apparet. Eivverò quod non est, num est vel ipsi vel ipsius aliquid? At quomodo? Non itaque nomen illi est, non sermo, non scientia quaedam, non sensus, non opinio. Non videtur. Quapropter nec nominatur, nec dicitur, nec opinione cogitatur, nec cognoscitur, neque ab aliquo exis quae sunt, sentitur. Haud sanè videtur. An possibile est ista circa ipsum vnum sic se habere? Non vt mihi videtur.

Verbõ Ed. Fuit, & cõsignificat tempus.

In verbo Ed, est tempus & essentia.

Secunda suppositio circa vnum si fit.

illa participasset, sed quoties proferretur vnum esse, simile quiddam significaretur, ac si vnum vnum diceremus. Nunc autem non est huiusmodi positio nostra, scilicet si vnum quiddam euenturum sit, sed si vnum est, nõne ita? Proflus sic est. Nõne ita dicitur, tanquam aliud significet ipsum est, aliud ipsum vnum? Necesse. Nunquid igitur cum vnum esse compendio dicimus, aliud ea oratio significat, quam vnam essentiam communicare? Omnino. Rursus itaque dicimus, vnum si est, quiddam contingat. Age id aduerte. An non necesse hanc suppositionem, ipsum vnum eiuſmodi prædicare, quasi partes habeat? Quoniam modo? Hoc pacto. Si esse de vno ente dicitur, & ipsum vnum de ente vno, est autem idem essentia & vnum, eodem existente vno quod supposuimus, nõne necesse est totum quiddem vnum ens ipsum esse, cuiusque partes ta vnum quam esse exillere? Necesse. Vtrum verò vtrunque harum partium partem duntaxat appellamus? An partem totius partem prædicare oportet? Totius. Totum igitur est, quod vnum est, ac partem habet. Penitus. Quid autem? num haec partes vnius entis, scilicet vnum & ens, ita se inuicem deserunt, vt ipsi enti vnum, & ipsi vni ens desit? Non certe. Igitur vtraque pars & vnum simul & ens completitur: adeo vt pars quaelibet ex duabus saltè particulis constitatur: & secundum eandem rationem quaeconque particula occurrit, vt itaque semper in ea claudatur, etenim vnum semper ens, & ens vnum mutuis nexibus amplectitur. Vnde quis vbi que in quibus particula duo emergant, necesse est vnumquam vni exillere. Omnino. Nõne hac ratione vni ens, infinita multitudo erit? Videtur. Age quæso, & hac perge. Quæ? Diximus vnum essentia participare in quantum est? Diximus. Et ob hanc causam vnum ens multa esse apparuit? Sic est. Quid autè, si ipsum vnum quod essentia particeps esse diximus, ipsum secundum seipsum solum intelligentia cogitemus, seorsum ab illo quo participare prædicimus, nunquid vnum solum apparebit? vel etiam multa hoc ipsum? Vnum solum puto. Consideremus ita & aliud quiddam: aliter quiddam esse necesse est ipsius essentiam, alterum verò ipsum, siquidem non essentia ipsum vnum, sed vt vnum, essentia participat. Necesse est. Quod si alterum essentia, alterum vnum, ipsum vnum non ex eo quod vnum, ab essentia alterum est: neque essentia in quantum essentia, ab vno est altera: sed per id quod est ipsum per se alterum, & ipsum per se aliud, altera sunt inuicè. Proflus. Quamobrem ipsum alterum nec vni, nec essentia idem est. Verum. Quid ergo? si ex istis elegerimus siue essentiam & alterum, siue essentiam & vnum, siue vnum & alterum, nõne in qualibet assumptione eliciemus aliqua quæ iure ambo appellari poterunt? Quomodo? Hoc modo inquit, licetne essentiam dicere? Licet. Rursusque dicere vnum? Et istud. Nõne vtrunque illorũ dictum est? Dictum vtrunque. Quoties essentiam & vnum dico, an nõ ambo dico? Dicitis. Et si essentiam atque alteri, siue alterum atque vnum, nõne in iis singulis ambo dico? Proflus. Quæ verò ambo rectè appellata sunt, nunquid possunt ambo esse, neque tamen esse duo? Nequaquam. At quæ duo sunt, cogitane ita possunt, vt non illorum vtrunque vnum sit? Minime. Quoniam igitur ita simul duo sunt, idcirco vnum quodque vnum existit. Videtur. Si vnum quodlibet eorum est, & vtrunque vnum mutuo quodam

An vnum & ens sit idem.

Quod vni circa essentiam etiam sit multa.

Vnum esse & vni, vel multa & totum. Reparet & c.

congiõio inuicem est cõnexum, nõne tria vniuersa resultant? Maxime. Tria verò nõne imparia, duo autem paria. Quidni? Et cum duo sint, nõne necesse est etiam his adesse? & cum tria, ter? siquidè duo bis inest bis vnum, tribus verò ter vnum. Necesse. Duobus denique existentibus ac bis, necesse est duo bis esse: & tribus existentibus atque ter nõne necesse est: & tribus tria ter esse? Quidni? Quid verò: tribus existentibus atque bis, & duobus atque ter existentibus, necesse est tria bis esse, ac bis tria? Necesse est omnino. Erunt igitur pariter paria, impariterque imparia, necnon imparia pariter, & impariter paria. Certè. Si haec ita se habent, num putas vllum numerum relinquere, qui non necessarò illic in sit? Nullum. Idcirco si est vni, necesse est, & numerum esse. Proculdubio. Item si numerus est, multa vtrique sunt, & infinita eorum multitudo, aut non infinitus numerus multitudo etiam particeps essentia fit? Maxime. Quid si totus ipse numerus est essentia particeps, vnaqueque etiam particula numeri essentia participabit. Proflus. Per omnia ergo quæ multa sunt, essentia distribuitur, nec ab aliquo eorum quæ sunt, abest, seu minimum hoc sit, siue maximum. Atque id dubitare absurdum est. quo modo enim essentia ab aliquo eorum quæ sunt abesse potest? Nullo. Diuisa est igitur quoad fieri potest, in minima & maxima, atque in omnia que quomodocumque sunt, maximeque omnium distributa, & infinita sunt essentia partes. Si se res habet. Plurime igitur illius partes sunt. Plurime certè. Quid verò? est ne quicquam ex istis quod quidem pars essentia sit, non tamen pars ipsi vnum quiddam sit? At quo pacto id fieret? Verum postquam, vt arbitror, est, necesse est ipsam semper quandiu est, vnum aliquid esse, nihil autem esse impossibile est. Absque dubio. Non solum ergo vniuersa essentia, sed illius etiam singulis partibus vnum adest, partem nullam deserens, siue maior illa quidem, siue minor sit, siue quomodocumque se habeat. Sic est. Nunquid cum sit vnum, vbi que simul est totum? Diligenter id cõsidera. Considera, atque hoc esse impossibile video. Diuisum itaque nisi totum. Neque enim aliter vniuersis simul essentia partibus, quam diuisum aderit. Sic est. Ceterum quod partibile est, necessarò totidè sunt, quot sunt partes. Necessarò. Hac de causa, haud rectè paulò antè dicebamus essentiam in partes plurimas distributam: & quippe cum non in plures, quam ipsum vni, sed pares dilcreta sit. Neque enim ens vni, neque vni enti deest, sed duo hæc potius per omnia penitus coexistunt. Omnino sic apparet. Ipsum itaque vnum ab essentia distributò, infinita multitudo est. Patet. Non modò igitur vnum ens multa est, sed & ipsum vnum ab essentia distributum multa esse oportet. Oportet sanè. Quinetiam ex eo quod omnes partes, totius partes sunt, terminatum secundum totum vnum erit. An non comprehenduntur omnes à toto particulae? Comprahenduntur. Quod autem comprehenditur, terminum est. Est. Propterea vnum ens, vnum quodammodo est, & multa, totumque & partes, necnon finitum, & multitudo infinitum. Apparet. Nõne cum terminatũ sit, extrema quoque habet? Necessarum est. Præterea si totum est, principium mediũque & finè habebit? Num totum aliquid absque iis tribus reperiri potest? Et si quid ipsorum ab eo quod vnum distat, totumne vltimus erit? Minime. Quamobrem principium mediũque, & finè vnum habet. Habet. Medium ve-

rò a quo interuallo ab extremis vndique distat: non enim aliter esset medium. Nõ certè. Præterea quomodo tale sit vnum, siue cuiusdam est particeps, seu restat siue rotunda, siue aliter ex vtriusque compositis. Particeps proculdubio. Quinetiam si huiusmodi est, ipsum in seipso & in alio erit. Quomodo pacto? quaelibet pars in toto est, nec extra totum penitus vlla. Esto. Singulae partes sub toto clauduntur? Ita. At vnum cunctæ suæ partes existit, nec quid plus minusue quam vniuersa. Sic est. Nõne & totum vnum est? Quidni? Si omnes partes toto clauduntur, estque omnia vnum & ipsum totum, continentur autem sub toto singula, ab vno vtrique vnum continentur, atque ita vnum ipsum in semetipso iam erit. Videtur. Veruntamen totum in partibus minime est, neque in omnibus, neque in aliqua. si enim in omnibus, necesse est & in vna: & si in vna quadam non sit, in cunctis esse nõ poterit. Si autem hoc quidem vnum cunctis constat, & in eo totum, non vno, quo pacto amplius in omnibus erit vnum? Nullo. Sed nihilo magis in partibus quibusdam. Nam si quibusdam totum inest, maius in minori erit. Id autem impossibile. Impossibile. Cum igitur totum, nec in pluribus, nec in vna, neque etiam cunctis in partibus sit, an non necesse est ipsum, vel esse in alio quodam, vel nunquam existere? Necesse. Nõne si nusquam sit, nihil penitus erit? & tamen cum totum sit, neque sit in seipso, restat vt consistat in alio? Penitus. Quæ igitur vnum totum est, in alio est, quæ verò omnia partes eius sunt, & ipsum cunctæ partes, est ipsum in seipso. Ideoque necesse est vnum, totum in seipso, tũ etiam in alio esse. Proculdubio. Et cum talis sit vnius natura, an non necessarò sequitur, vt staret atque etiam moueatur? Quomodo? Stare quippe, siquidem ipsum in seipso cõsistit. Etenim inherens vni, nec ex eo digredietis, in eodem est in semetipso. Est profecto. Verum quod in eodem semper est, stare semper oportet. Oportet. At quod in alio semper, contra necesse est nunquam in eodem esse: si nunquam in eodem, nunquam præterea stare: quod verò non stat, moueri oportet. Sic est. Necesse est igitur vnum, cum in seipso semper & in alio sit, semper quoque stare atque moueri. Videtur. Quinetiam ideam oportet ipsum sibi ipsi esse, & à seipso alterum, & quo ad alia similiter idem & alterum, si modo quæ supra dicta sunt, illi competunt. Quæ ratione? Sic enim vnum quodque ad quodlibet habet, vt vel idem cum eo sit, vel diuersum: si nec idè, nec aliud, pars vtrique erit eius erga quod ita se habet, vt luc ad partem, eritque totum. Patet. Nunquid ipsum vnum sui ipsius pars est? Nequaquam. Non igitur quo ad seipsum totum erit, quasi pars sui sit. Neque enim possibile. An forte alterum est vnum ab vno? Minime. Non itaque à seipso alterum. Non certe: si nec alterum nec totum, neque pars quo ad seipsum est, quid iam aliud restat, quam vt idè sibi sit? Istiue ipsum. Quid verò? quod alibi est, quam ipsummet in eodem existens in semetipso: nõne cogitur alterum à seipso fieri, siquidem alibi, quam ipsummet existat? Mihi quidem videtur. Huiusmodi planè paruit esse vnum, in seipso scilicet, & in alio esse. Patuit profecto. Ex hoc igitur constat vnum esse à seipso alterum. Videtur. Si quid verò ab aliquo alterum est, nõne ab altero alterum? Necesse. Quæcũque vnum minime sunt, nũ ab vno altera, & vnum alterum ab iis quæ non vnum? Quidni? Ideo vnum ab aliis omnibus alterum apparebit. Alterũ. Aspice

Quomodo intelligatur vnum ab vno & seipso contineri.

Quod nusquam est, nihil penitus est.

Quomodo quicquid stat & mouetur.

præterea, num alterum ipsum, & ipsum idem contraria inuicem sint. Cur non volente vquam idem in altero, vel alterum in eodem consistere: Numquam. Ergo si nunquam alterum in eodem est, nihil est ex his que sunt, in quo per aliquod tempus ipsum alterum sit. Nam si per aliquod tempus sit in aliquo, per id tempus in eodem ipsum alterum erit. An non? Certe. Postquam vero nunquam in eodem constat, nunquam profecto in aliquo eorum que sunt, ipsum alterum erit. Vera dicitur. Ideo nec in iis que non sunt vnum, nec in vno erit alterum. Non sanè. Sequitur vt vnum ab iis que non vnum, & que non vnum ab vno per ipsum alterum altera esse nequeat. Sequitur plane. Quod nisi participent ipso altero, altera secundum se ipsa inuicem esse non poterunt. Quomodo enim pacto? Atqui si nec seipsis, nec ipso altero altera sunt, altera esse inuicem nullo pacto possunt. Nullo. Præterea que vnum non sunt, vno minime participant, neque enim essent non vnum, sed quodammodo vnum. Verum. Hanc ob causam que non sunt vnum, neque etiam numerus sunt. Alioquin non penitus vnius essent expertia, si quem numerum habeant. Non certe. An vero que non sunt vnum, partes vnius sunt? An sic forte vno participarent, que non sunt vnum? Participarent. Si itaque hoc quidem omnino vnum est, illa verò non vnum, nec pars vnum erit eorum que non vnum, neque totum ad illa, quasi ipsa sint partes: neque rursus que non vnum, vnius particule neque etiam tota, quali vnum pars exiit. Non profecto. Ceterum asserimus, que neque tota, neque partes sunt, neque inuicem altera, eadem inuicem esse debere. Asserimus. Fatemur igitur vnum, cum ita ad ea que non vnum se habeat, illis idè esse: Fatemur. Ergo vnum, vt videtur, alterum quiddam est ab aliis & a seipso, rursusque sibi & illis idem. Sic ratio persuadet. Nunquid simile quoque & dissimile sibi ipsi ac ceteris? Fortè. Postquam alterum ab aliis esse patuit, alia quoque ab illo altera erunt. Quid prohibet? An non ita ab aliis alterum, vt ab illo & alia, nec magis quicquam neque minus? Quidni? Si nec magis, nec minus, relictat vt similiter. Similiter. Porro, si vni contingit, vt alterum sit ab aliis, eodem modo quo ab illo alia, ex hoc sequitur, vt eadem conditio quædam, tam vni, quam aliis competat. Illud quomodo dicitur? Sic. Vnumquodque nomen nonne suum habet significatum? Habet. Idem verò nomen, vel sepius vel semel prononciatur. Equidem. Vtrum quando semel profertur, illud appellas cuius est nomen: quando vero sepius, non illud? An potius, siue semel, seu iterum, iterumque nomen idem prononciatur, necesse est te semper idem innuere? Idem semper. Nonne & ipsum alterum nomen est ad proprium aliquid significandum impositum? Est. Quoties igitur nomen hoc profertur, siue semel, siue sepius, non ad aliud refertur, neque aliud quidquam nominas, quam id, cuius hoc nomen est. Necesse. Quando itaque dicimus alterum esse vnum ab aliis, & illa ab vno altera, bis nomen hoc alterum prononciantes, nunquam ad aliud quiddam significandum inducimus, quam naturam cuius proprium nomen est. Ommino quidem. Si ergo vnum alterum est ab aliis, & alia ab vno altera, patiens illud idem alterum quod in aliis est, secundum illud, non secundum aliud quiddam, alterum est ab aliis vnum: quod eundem vero idem patitur, simile est, an non? Imò. Secundum quod autem vnum habet, vt sit ab aliis alte-

rum, secundum hoc idem quodlibet cuiuslibet simile est: quodlibet enim est a quolibet alterum. Videtur. Et hinc simile dissimilibus contrarium? Est. Verum. Nonne & ipsum alterum ipse idem? Est illud. Verumtamen hoc etiam patuit, quod ipsum vnum aliis & idem & alterum sit. Patuit plane. Contraria vero passio est esse ab aliis idem, & esse ab aliis alterum? Profus. Quia tamen alterum, simile apparuit. Et hoc. Quia igitur idem, dissimile erit secundum passionem contrariam passionis illius que simile fecerit. Simile autem nonne faciebat ipsum alterum? Profus. Ipsum ergo idem dissimile reddet: alioquin ipsum alterius contrarium minime erit. Apparet. Ex iis concluditur vnum simile atque dissimile aliis esse: quia sanè alterum, simile: quia vero idem, dissimile. Talem, vt videtur, rationem habet. Est sanè hanc habet. Quam? Vt quia idem passum est, non alienum sit passum: si non alienum passum fuerit, neque dissimile etiam: si non dissimile, restat, vt simile, finitatem aliud susceperit, & alienum: si alienum, etiam dissimile sit. Verè dicitur. Vnum ergo & quia ceteris idem, & quia alterum, secundum ambo hæc & secundum horum vtrumque simile atque dissimile aliis erit. Maxime. Nonne & sibi ipsi eodem modo, siquidem alterum a seipso, & sibi ipsi idem apparuit, secundum ambo atque vtrumque simile pariter atque dissimile apparebit? Necesse est. Considera præterea quælo, quoniam pacto vnum ad tangendum, vel non tangendum seipsum, & alia esse habeat. Considero equidem. Ipsum vnum in seipso toto esse constitit. Probè. An non & in aliis vnum? Et in aliis. Quatenus igitur in aliis, alia tangit, quatenus in seipso, tangere quidem alia impeditur, seipsum verò tangit, quum in seipso sit. Apparet. Hæc vtique ratione vnum & se, & alia tangit. Tangit. Quid verò ad hæc? Nonne quodcumque tacturum aliquid est, prope illud quod tacturum est, iacere oportet, atque eam sedem occupare, que sequitur illius sedem, ipa qua cumprimis fuerit, tanget? Necesse. Quatenus hoc est. Ideo vnumquodque si tangere debet, continuo post seipsum extare oportet, proximam loco in quo ipsum est, sedem occupans. Oportet omnino. Nonne vnum si duo esset, hæc esset, & duobus simul in locis existeret: donec verò vnum est, minime? Est vt dicitur: Eadem ergo necessitas efficit, vt vnum nec duo sit, neque selet tangat. Eadem. At nihilò magis alia tangit. Quam obrem? Quoniam diximus quod tacturum aliquid est, seorsum positum, proximum illi quod tangendum est, esse oportere, tertium verò præter hæc intermedium nullum. Vera. Quapropter duo saltem adesse oportet, quoties futurus est tactus. Oportet. Sin autem præter terminos duos tertium quiddam medium interuenerit, tria quidem per ordinem subsequuntur, tactus autem gemini. Præterea. Atque ita semper vno quodam adiecto, vnum quoque tactus adiecit. Ex quo contingit ipsos tactus a numerorum multitudine vno exuperari: quanto enim prima duo tactus ipsos exuperarunt, ita vt plura numero, quam tactus essent, tanto deinceps vniuersus numerus vniuersos tactus excedit. Etenim in posterum vnum simul additur numero, & vnus tactus tactibus ipsis opponitur. Redè. Quot igitur ea que sunt, numero sunt, totidem semper & tactus vno duntaxat excepto. Vera loqueris. Itaque si vnum esset solum, nec vquam duo, tactus quoque nullus esset. Quomodo modo? Diximus que alia sunt

sunt ab vno, nec esse vnum, nec vno etiam participare, donec alia sint diximus. Ex iis conficitur, vt non sit in aliis numerus vnum, quippe cum vnum illis minime adsit. Enimvero quo pacto id fieri posset? Vnde alia nec sunt vnum, nec duo, nec alio quouis numero designata. Non sanè. Ipsum igitur vnum solummodo vnum est, duo autem non sunt. Non, vt apparet. Et si duo non sunt, tactus quoque nullus erit. Nullus. Ergo nec vnum alia tangit, nec illa vnum nullo existente tactu. Non profus. Omnibus iis de causis, vnum se & alia tangit pariter & non tangit. Sic videtur. An est præterea æquale pariter & inæquale, tum sibi, tum etiam ceteris? Quo verò sit pacto? Si maius esset, vel minus vnum, quam alia, aut alia rursus maiora siue minora, quam illud, an non vnum ex eo quod vnum, & alia ex eo quod alia quam vnum, aut maiora, aut minora inuicem ex ipsis suis essentibus essent? verum si præter rationes has vtraque æqualitatem insuper haberent, æqualia inuicem existerent: sin hæc quidem magnitudinem, illa paritatem aut ipsum vnum magnitudinem alia paritatem haberent, cuiusque speciei magnitudo adesset, maior existeret: cuiusque paritas, minor. Necesse. Nonne sunt duæ quædam huiusmodi species, magnitudo & paritas? Etenim nisi essent, nunquam contrarie inuicem existerent, ac rebus ipsis inessent. Est vt dicitur. Igitur si vni paritas accedit, vel toti vni, vel parti cuiusdam insidet. Necesse. Si toti insederit, vel æqua extensione per integrum vnum intus ibit, vel externis limitibus comprehendetur. Planè. Ex æquo vni infusus paritas, æqualis proculdubio vni erit: complectens autem, maior. Quidni? Num potis est paritas æqualis cuiquam esse, vel amplior: effectusque magnitudinis & æqualitatis in alio exercere, nisi posset in seipsum? Non potest proculdubio. Vnde concluditur in toto vno paritatem esse non posse. Restat forsitan, vt sit in parte. Restat. Non tamen in tota parte. eadem enim efficeret aduersus partem, que & aduersus totum efficeret. quippe vel æqualis erit, vel maior illa ipsa parte semper, cuiusque insit. Necesse sequitur. Nulli igitur vnum rei paritas inhæret, quum neque parti, neque toti inhæreat. Ex quo fit vt nihil futurum sit parium, præter ipsammet paritatem. Videtur. Sed neque etiam magnitudo inuenit. quippe aliud quicquid præter ipsammet magnitudinem maius esset, vt puta id cui inerat magnitudo. Verumtamen nihil est parium, quod quidem superari oportet à magno, si quid magnum sit. Etenim quo pacto parium aliquid reperies, quum paritas in nullo resideret? Vera loqueris. Quinetiam magnitudo ipsa nullo erit alio maior, quam paritate, neque paritas ipsa, alio quopiam, quam ipsa magnitudo neque minor. Nullo. Quam obrem cetera præter vnum neque maiora, neque minora, quam vnum erunt, quum magnitudinis paritatisque expertia sint. Ne que habebunt hæc duo aduersus ipsum vnum vim aliquam, qua vel excedant, vel excedantur, sed inter se ipsa id efficiunt. Neque etiam ipsam vnum, aut hinc duobus, aut aliis quibuslibet maius vel minus erit, vt pote quod tam magnitudinis, quam paritatis est expertis. Sic vtique apparet. Ideoque cum nec maius nec minus, sit vnum, quam cetera, nec superabit alia, neque ab aliis superabitur. Absque dubio. Nonne quod nec superat, nec superatur, necessarium sequitur, vt æquale se habeat? & si æquale, vt æquale sit? Imò. Sed hoc pacto, vnum ipsum ad se-

habet, experts scilicet & magnitudinis & paritatis vt nec exuperet seipsum, nec à seipso exuperetur, sed æquale se habens æquale semper sibi sit. Et maxime quidem. Itaque vnum sibi ceteris æquale. Videtur. Verumtamen cum vnum in seipso sit, extrinsecus sese circuit, atque ita se complectens seipso amplius extat: cuiusque etiam comprehendatur, angustius est: quo fit vt vnum tum maius, tum etiam minus seipso sit. Fit vtique. Nonne hoc quoque necessarium est, nihil scilicet præter vnum & alia reperiri? Necesse. Item quicquid est, an non semper alicubi esse oportet? Oportet. Insuper quod in aliquo est, nonne semper in maiori minus? Neque enim aliter aliud esset in alio. Est quod dicitur. Postquam verò nihil est præter vnum & alia, oportetque ista in aliquo esse, nonne in se inuicem hæc vicissim esse necesse est? alia scilicet in vno & in aliis vnum, aut nusquam profus existeret? Constat. Quia ergo vnum est in aliis, idcirco alia maiora sunt, quam vnum, vt pote que vnum continent, vnum autem aliis minus ex eo quod continentur: quia verò alia in vno sunt, vnum aliis ob eandem rationem maius est, illa verò minora. Videtur. Vnum itaque æquale maiusque & minus seipso & aliis est. Apparet. Atqui si maius & minus & æquale, æqualium erit mensurarum plurimumque & pauciorum quoad seipsum atque ad alia: & si mensurarum, partium etiam. Quid prohibet? Easdem ergo mensuras plurisque & pauciores habens, numero quoque plus atque minus erit & ad seipsum & ad cetera, necnon æquale sibi atque aliis ob eandem causam. Quoniam pacto? Quibus maius est, plures, quam illa mensuras habet, quoties mensuras totidem & partes: & quibus minus est, eodem modo: quibusque æquale, similiter. Sic est. Nonne cum seipso maius minuitque sit, & æquale, æqualium mensurarum plurimumque & pauciorum quoad seipsum est particeps, & postquam mensurarum, etiam partium? Quidni? Habensque partes sibi ipsi æquales multitudinem etiam æquale sibi erit, plures verò plus, pauciores denique minus numero semetipso? Videtur. An non ad alia similiter se vnum habebit? Quia maius illis apparet, necesse est plus quam illa numero esse: quia verò minus magnitudine, etiam numero minus: quia denique æquale in magnitudine, numero quoque par esse. Necesse fit. Hæc iterum ratione vnum, par, plus, minus, secundum numerum seipso erit, ac ceteris. Erat sanè. Nūquid & tempore vnum participat, æquale & sit iunius ac senius seipso simul & aliis: & rursus contra nec iunius neque senius seipso, si vnum dum participat tempore? At quomodo id fieri potest? esse profecto illi competi, si quidem vnum est. Cōpetit. Ipsum esse autem quid aliud est quam essentia cum presenti tempore participatio, quemadmodum ipsum erat cum præterito, & ipsum erit cum futuro essentia: ipsum communicatio? Illud ipsum. Ergo si ipso esse participat, necesse est tempore quoque esse particeps. Nimirum. Nonne fluentis temporis? Certe. Semper ergo senius seipso fit, si quidem secundum tempus percurrit necesse. Recordamurne quod senius semper sit senius eo quod iunius sit? Recordamur. Nonne igitur postquam vnum seipso fit senius, seipso dum iunius fit, fit & senius? Necesse. Item. Fit ergo per hunc modum iunius seipso ac senius. Fit. Senius autem nonne tunc est, quando presens iam tempus attingit, quod medium est ipsius erit & erit? Neque enim currens

Quid verbum esse.

ex precedente in posterum, praesens ipsum super-
gratit. Non certe. An non desinit tunc fieri se-
nius, cum primum praesens tangit, nec tunc fit, sed
est iam senius? Proccedens enim ab ipso praesenti ne-
quaquam comprehenditur. Quod neque procedit,
sic se habet, ut vtrunque, praesens scilicet futurum
quaeattingat, praesens quidem relinquens, futurum
apprehendens, inter vtrunque medium praesens fu-
turumue cadens. Vera. Si vero necesse est quodcum-
que sit ipsum praesens minime transgredi, cum pri-
mum illud natum est, fieri desinit, et tunc quae-
iam illud quod fiebat. Apparet. Vnum igitur quae-
do senius factum ipsum praesens assequitur, desinit
fieri, et tunc iam senius. Omnino. An non illo senius
est, quo fiebat senius? fiebat autem seipso. Ita. Senius
vero iunior senius? Est. Iunior ergo seipso tunc est
vnum, quando senius factum, praesens assequitur.
Necessitas ipsum praesens praesens semper vni ad est
per vniuersum esse. Semper enim est praesens quan-
diu est. Quidam. Semper ergo vnum est & sit iu-
nius utaque senius semetipso. Videtur. Quin etiam
longius in vel breuius tempus est, aut sic quam ip-
sum fuerit, aut potius aequum? Aequum. Verum quod
aequale tempus est, aut sit, eandem agit aetatem.
Quid prohibet? Quod autem eandem aetatem im-
plet, neque senius, neque iunior. Nequaquam.
Quapropter vnum cum aequale tempus ad seipsum
& sit, & fiat, neque senius, neque iunior seipso, aut
est, aut efficitur. Haud sane mihi videtur. Quo-
modo autem alia se habet? Nescio quid dicam.
Hoc tamen potes dicere, quod alia ab vno, si qui-
dem altera sunt, non alteri, plura sunt quam vnum.
Nam si alterum, vnum essent. Altera vero cum sint,
plura quam vnum sunt, & multitudinem habent.
Habent profus. Multitudo autem maiorem num-
merum quam vnum habet. Certe. Quid vero? ex
his que ad numerum spectant, quamnam prius fieri
aut facta fuisse dicemus? num quae plura sunt, an
quae pauciora? Quae pauciora. Quod ergo paucis-
simum, primum? Id autem est vnum, an non? Imo.
Vnum ergo primum factum omnium, quae nume-
rum capiunt, habent autem cetera omnia nume-
rum: si quidem alia sunt, non aliud. Habent profes-
so. Primum autem factum prius fuit, alia vero pos-
teriora: posterius autem facta iuniora sunt, quam
quod ante factum. Ideoque alia hoc pacto iuniora,
quam vnum sunt, vnumque illis antiquius. Certe.
Quid autem ad hoc? Num vnum effici praeter natu-
ram suam potest vel id potius impossibile? Impossi-
bile. Veruntamen partes habere vnum apparuit,
quod si partes principium quoque mediumque, &
finem. Planè. Nónne omnium primò principium
fit, & vnius, & reliquorum cuiusque, ac post princi-
pium cetera vique ad finem omnia? Quidni? Fa-
temirne haec reliqua omnia partes totius atque
vnius esse? & illud ipsum vna cum sine vnum totum-
que factum fuisse fatemur. Finis tandem, vt ar-
bitror, postremò fit, cumque hoc simul vnum secun-
dum sui naturam completur. Quamobrem si ne-
cesse est vnum haud praeter naturam suam effici,
cum sine simul confectum, postremum omnium
naturae suae iure perficitur. Apparet. Iunior itaque a-
liis vnum est aliaque vno antiquiora. Sic iterum mi-
hi videtur. Quid autem? principium aut aliqua alia
pars sine vnius, siue cuiuslibet alterius, si modo pars
non partes sit, nonne vnum est? si quidem pars ex-
istit. Necessarium istud est. Ex hoc sequitur vnum

Quod pau-
cissimum, pri-
mum & v-
num.

Primo om-
nium prae-
cipium fit.

simul cum primo effectu fieri, similitque etiam cum
secundo, ac etiam reliquorum quaequocumque fuerit,
nulli unquam deesse, donec ad extremum vique pe-
terentem vnum totum fiat, non a primo, non a me-
dio, non ab ultimo, non ab alio profus vno in ge-
neratione excludunt. Verum. Eandem ergo vnum
quam & cetera omnia aetatem agit, quapropter si
non praeter naturam suam natum est ipsum vnum,
neque prius, neque postea quam cetera, sed simul
potius factum est. Ideoque secundum hanc rationem
vnum neque senius neque iunior aliis, neque alia v-
no: secundum vero, rationem superiore vnum &
senius simul & iunior ceteris omnibus, atque e con-
uerso reliqua cuncta vno. Omnino sic esset. Hoc er-
go modo se habet, & tale est effectus. Verum quid-
nam sentis de eo quod dicitur, fieri vnum senius, at-
que iunior aliis, aliaque vno, ac etiam neque iunior,
neque senius fieri? Vtrum eadem ratione se habet
circa ipsum fieri, quae circa ipsum esse habere praedi-
ximus, an aliter? Quid dicam ignoro. Ego autem
tantum dicam, quod si quid est antiquius alio, anti-
quius quo ad illud deinde fieri, quam antea factum
diu autem interuallo fuisset, minime potest neque
est quod iunior est, in posterum iunior fieri. Nam
aequalia inaequalibus addita, seu temporis, siue cuius-
libet alteri eodem interuallo dilatae quo & antea, il-
la saepe efficiunt. Nihil prohibet. Non igitur id
quod est, illo quod vnum est, aut antiquius, aut iu-
nior fieri potest: quandoquidem eadem semper di-
stantia aetatis intercedit: sed & est, fuit hoc quidem
senius, illud autem iunior, sit vero minime. Est vbi di-
cis. Ita id quod vnum est, ceteris quaequocumque sunt,
nunquam vel iunior, vel senius efficiunt. Nunquam.
Sed aspice post haec nam alia quadam ratione & iu-
niora haec & seniora sunt. Quanam? Hac inquam.
Vnumne antiquius aliis, & alia vno esse consti-
tuit? Quid tum? Quandoquidem vnum senius est quam
cetera, longius quam illa tempus exiit. Quin-
imo. Aduect iterum, si quando longior & breuior
n temporis par tempus adiciamus, nisi equa particu-
la discrepabit longius a breuiori, an minore? Minore.
Vnum igitur non tanto aetatis interuallo alia de-
inceps excedit, quanto prius excederat, sed par tem-
pus ac cetera sortitum, minus ferunt quia prius ab
illis aetate distabit. An non? Profecto. Nonne quod
minus excedit aliquid aetate quam prius, iunior

Nam si tricenarius ut longior
& bicenarius ut breuior,
parem cubitum addideris,
feceris cum illo quadricen-
tium, cum hoc vero triceni-
tium, sed quadricentium supe-
rat tricentium minore partem
cubitum. Nam tri-
centium superat bicentium
dimidiat ipsius bicentium, &
quadricentium superat tri-
centium tertiam partem tri-
centium, quae minor est particu-
la quam dimidiatum, quod
idem inuenitur in ceteris
additis, quibus longiores
superant breuiores. Eadem
denominatae ex longioribus
idem faciunt: ut tria supe-
rant duo vna tertiam, &
quatuor superant tria vna
quartam, quae minor est quam
tertia.

Linea tri- Cubitus
cubitalis. additus.

Linea bi- Cubitus
cubitalis. additus.

fit

fit quam prius, quo ad illa quibus erat antiquius: lu-
nus proculdubio. Si illud iunior, an non illa, si cum
vno conferas, seniora quam prius erunt? Penitus.
Quod ergo iunior ante fiebat, senius fit ad illud
quod ante fiebat, eritque antiquius: est autem nunquam
antiquius, verum illo semper antiquius fit, illud por-
to iunior efficit, hoc contra fenescit, quod rursus anti-
quius, iunior iunior fenescit, senius contra iunior
iunior. Facta vero fuisse nequeunt. Nam si facta fuisset,
non amplius fierent, sed iam essent. Nunc vero
& iuniora, & seniora inuicem efficiuntur. Vnum
quidem ceteris iunior fit, ex eo quod senius esse ap-
paruit & prius effectum: cetera vero seniora, quam
vnum sunt, ex eo quod posteriora facta fuerint. Et
secundum eandem rationem cetera quoque similitur
ad vnum se habent: quippe cum antiquiora & prio-
ra illo facta fuisse apparuerint. Idem mihi quoque vi-
detur. An non qua ratione neutrum illorum altero
vel iunior sit vel senius, secundum quod pari nume-
ro inuicem differunt, neque vnum aliis antiquius,
aut iunior fieret, neque alia vno? Qua vero ratione
altera semper parte differre necesse est priora poste-
rioribus, & posteriora prioribus, ex hoc necesse est
seniora, & iuniora inuicem fieri, tunc cetera vno, cum
ceteris vnum? Et maxime quidem. Omnibus igitur
his de causis vnum ex seipso, & aliis senius ac iunior
est & fit, rursusque neque iunior neque senius seipso
vel ceteris aut est, aut vni quae efficiunt. Prorsus. Post-
quam vero vnum temporis est participes, Est vbi di-
& iunior fieri potest, nonne praetera necesse est pre-
teriti, praesentis atque futuri esse participes, cum parti-
cipet tempore? Necessarii sequitur. Erat igitur vnum
est & fit, & erit: sicbaturque & fit, & fiet. Quidni? Effect
quoque illi aliquid & illius, eritque & est & erit. Ma-
ximè. Ideoque, scientia de illo esset, opinio quoque ac sensus
quoque cum & nos in praesentia haec de illo vni-
uersa trademus. Rectè ais. Nomen item ac sermo
ipsi ad est, nominatimque & dicitur. Et quotiensque
huiusmodi circa alia reperuntur, circa vnum quo-
que existunt. Omnino quidem sic ferres habet.

Tertia sup-
positio, hoc
est, si vnum
consideratur
sub esse.

Verum tertio iam iterum differamus, nisi vnum
sit quemadmodum supra diximus: nunquid igitur
necesse est ipsum cum sit vnum, & multa atque
iterum, neque vnum, neque multa, & participas tem-
poris, quia vnum est, essentia participare aliquando:
quia vero non est, non participare aliquando? Ne-
cessarium hoc est. Nam possibile est cum participat,
tunc minime participare? vel cum non participat,
participare? Impossibile. In alio itaque tempore par-
ticipes, in alio vero est expertis: hoc enim modo dun-
taxat fieri potest, ut participes atque experts eiusdem
sit. Probè. Nunquid est id tempus quando accipit
esse, & quando esse amittit: aut quo pacto esse po-
test, ut aliquando idem habeat, aliquando vero non
habeat, nisi alia id capiat, alia autem amittat? Non
aliter. Accipere essentiam, nonne fieri appellas? E-
quidem. Essentia vero prius nonne deitruis? Et ma-
ximè. Vnum igitur, ut videtur, assumens, atque de-
ponens essentiam, fit, & interit. Necessarium. Cum-
que vni & multa sit, siue est fit, siue est interit, non-
ne quando fit vnum, definit esse multa, quando vero
multa, desinit esse vnum? Valde. Est cum sit vnum
& multa, an non disgregari & congregari oportet?
Oportet. Quinetiam quoties dissimile similitur: effi-
citur, nonne similitur, & ut ita dicam, dissimilitur

oportet? Imò. Et quando maius & minus, atque aequa-
les, crescere, decrescere, atque equari? Sic est. At quo-
ties ex motu in quietem, vel ex quiete in motum
transit, oportet hoc non vno in tempore esse. Quanam
ratione? Cui scilicet prius stare, moueri postea: cum
que antea moueretur, deinde consistere. Etenim abs-
que transmutatione haec pati nequit. Nequit. Tem-
pus vero nullum est, in quo quippiam sic habere se
possit, ut simul neque stet, neque etiam moueatur.
Nullum. Veruntamen neque transit absque transmu-
tatione. Haud consentaneum esset. Quando ergo
transit neque enim dum stat, neque dum mouetur tra-
sit, neque dum in tempore est. Non certe. An est hoc
mirabile quiddam, in quo tunc est cum transit? Quid
nam? Momentum indiuiduum inquam. Hoc enim
momentum certum quiddam significat, ex quo in
vtrunque transit. Quod enim ex statu, dum stat,
neque ex motu, dum mouetur, adhuc transit. Verum
momenta ipsa natura atque miranda, media, motui
quicunque interponitur, ac nullo profus in tempore
est, nec non in hac atque ex hac, quod motu est, tran-
sit in statum: & quod quiescit, in motum. Apparet.
Vnum itaque, si quidem stat atque mouetur, in v-
traque proculdubio transit. Solo enim hoc modo
vtraque facit. Transiens autem, momento indiuiduo
transit. Cùmque migrat, nullo in tempore est, neque
stat tunc, neque mouetur. Minime. Nūquid eodem
modo ad ceteras mutationes sese habet? Quomodo
ipso esse in intentum migrat, vel ex non esse in
ipsum fieri, medium tunc fit quorundam motuum ac
statuum, nec est tunc neque non est, neque fit etiam,
neque interit? Videtur. Eadè quoque ratione ex vno
migrans in multa, & è multis in vnum, nec vni est,
neque multa, nec congregatur, neque disgregatur:
& ex simili in dissimile, rursusque ex dissimili in simi-
le migras, nec simile, neque dissimile, neque assimi-
latu, neque ut ita dicam, dissimilitur, & ex paruo in
magnum, & in ipsum euale, & contra transiens,
non paruum, non magnum, non crescens, non de-
crescens, non adaequans. Non videtur. Haec igitur
vniuersa vnum si est, patitur. Quidni?

Inuenitur
momentum
medium mo-
tus & quie-
tis.

Quarta sup-
positio.

An non considerandum praetera alia quid pa-
tiantur, si vnum est? Considerandum. Dicamus
igitur vnum si est, alia ab vno quidnam pati o-
porteret? Dicamus. Nonne quia alia sunt, quam vnum,
non vni sunt? alioquin alia quam vnum non essent,
Probè. Nō tamen penitus vno priuata sunt, sed quo-
dammodo vno participant. Qua ratione? Quoniam
alia ab vno, ex eo quod partes constant, alia sunt
quam vnum: nisi enim partes haberent, vnum peni-
tus essent. Rectè. Partes autem, eius quod totu est,
partes esse afferimus. Afferimus planè. At qui totum
ipsum vnum ex multis esse oportet, cuius par-
tes sunt, quae partes appellatur, qualibet enim par-
tium non multorum pars, sed totius existit. At quo-
modo istud? Si quid multorum pars esset, quibus ip-
sum inesser, & suis ipsius quodammodo esset pars,
quod est impossibile, & aliorum cuiusque: si quidem
omniū. Vni enim non existens pars, vno excepto
alioſi omniū erit, atque ita vni cuiusque pars non
erit. Nō existens vero pars cuiusque, nullius ex mul-
tis erit. Et, si nullus est, esse quequā illorū omniū,
quorum nullus vel pars, vel aliud quicquā est, im-
possibile erit. Apparet quidem. Nō ergo multorum,
nec omnium pars est quaequocumque sit pars, sed vnius
cuiusdam ideae, & vnius cuiusda quod rotum voca-
mus, factum ex cunctis vnum atque perfectu. Huius

Parti non est
multorum,
sed totius.

Parti non est
multorum,
sed totius.

c 3 inq

inquam pars est, quæcunque sit pars. Omnino quidem. Si ergo alia partes habet, toto atque vno participant. Maxime. Vnde vnum totum perfectum partes continens, alia ipsa ab vno esse necesse est. Necesse. Quæctia de vnaquaque parte eadem ratio est. Et enim huius vnum participem esse oportet. Nam si singula illarum pars est, hoc ipsum quod dicitur singula, vni quodammodo significat: distinctum enim significat, si modo singule sunt. Recte. Erit autem vnius participes, si aliud quiddam quam vnum fuerit: alioquin haudquaquam participaret, sed ipsum vnum erat. At verò vnum esse aliquid, præter ipsum vnum nihil potest. Nihil. Participare autem vno necesse est, & totum simul & partem. Ipsum namque vnum totum erit, cuius partes sunt partes singula: singula verò partium, pars totius, quæcunque pars totius existat. Sic est. Nonne igitur quum alia sint, quam vnum, vno participant omnia quæ participant? Quidni? Alia vero quam vnum multa quodammodo sunt. Nam si alia præter vnum, nec vnum tamen, nec plura vno esse penitus nihil essent. Nihil sane. Postquam autem plura vno sunt, quæ vnius partis, vnius totius participia sunt, nonne necesse est multitudine infinita esse ipsa participatia vno? Quoniam pacto? Hoc plane. Aliud quiddam quam vnum ista sunt, neque etiam vno participant tunc cum primum vno participant. Certè. Nonne multitudines sunt, in quibus non inest vnum? Multitudines certè. Quod si velimus intelligentia ipsa ex his aliquid, quam minimum excerpere, an non necesse erit illud extractum, vt pote quod vnius est expert, multitudine esse, non vnum? Necesse. Nonne tibi sic semper consideranti ipsam secundum seipsam alteram speciem naturam, quantævisque illius in specieris, infinitam multitudinem semper occurrere? Et maxime quidem. Veruntamen postquam vna quælibet pars effecta est, terminum iam partes inuenit, & ad totum habentem non ad partes totum. Valde quidem. Itaque alius, quam vni contingit, ex ipso vno, & ex seipsis iam in vno communicantibus, alterum quiddam in ipsis fieri: quod quidem terminum inueniunt præbuit, natura autem illorum secundum seipsam infinitatem. Manifestum est. In hunc itaque modum alia quam vnum trã tota, tum etiam secundum particulas, & infinita sunt, & termino quodam participant. Prorsus. An non igitur similia dissimiliaque inueniunt & sibiipsis? Quam obrem? Quia quidem infinita sunt secundum ipso-rummet naturam, omnia idem quodammodo ex hoc inueniunt participant. Patitur. Item quia cuncta participant termino, ex hoc quoque idem omnia participant. Quidni? Quia tamen illis convenit, vt finita sint simul & infinita, quæ sunt contrarie passionis, quam maxime fieri potest, dissimilia sunt. Nimirum. Ergo secundum alteram rationem ipsa sibi met, & inueniunt similia erunt, secundum vtranque verò vtrinque, quam maxime contraria atque dissimilia. Constat. Sic igitur alia eadem sibiipsis & inueniunt, similiaque & dissimilia erunt. Erunt. Ac rursus eadẽ & altera, agitãtque & stãtia, ceterasque contrarias rationes suscipiunt, cetera quæ accidit his, quæ alia sunt quam vnum, facile reperiemus, postquam hæc iam nobis constant. Recte dicitis.

Quid igitur non hæc tanquam prætermissis, diffipemusque rursus, si quidem vnum est, cetera quæ vnum non sunt, num non isto pacto habent, an isto solum? Prorsus. Principio igitur

Si non sit, & cetero ex ea vera est, si ratio ex se falsaverit, si vera.

tur videamus, vnum si est, ceteris quid euenire necesse sit. Videmus. An non seorsum quidem vnum ab aliis, seorsum alia erunt ab vno? Cuiam? Quia nihil est præter ista, quod aliud quidem sit, quam vnum, aliudque quam alia: vniuersa quippe comprehensa sunt, cum vnum & alia dicta est. Vniuersa. Quare nihil præter hæc restat, in quo velut eadem in sede & vnum & alia considerant. Nihil profus. Nunquã igitur in idem vnum alique concurrunt. Nunquam. Seorsum ergo? Seorsum. Dicitur præterea fuit ipsum reuera vnum partes nullas habere. Quomodo enim habere possit? Neque totum igitur vnum aliis inerit, neque eius particula, si quidem seorsum est ab aliis, nullisque particulis constituitur. Ita est. Nullo itaque modo alia vno participantur, cum neque totum ipsum, neque partem eius capiant. Nullo vt videtur. Atque idcirco alia nullo pacto vnum sunt, neque in seipsis vnum aliquod habent. Minime. Vnde nec multa sunt alia. Etenim si multa essent, vnumquodque illorum, vt pote pars totius vni esset. Nunc autem non vnum, non multa, non totum, non partes alia sunt, postquam nihil vnius participant. Probè. Quapropter nec duo, nec tria sunt, nec vnum illis inest, si quidem vno prorsus orbatur. Sic est. Itaque nec similia, neque dissimilia, nec eadẽ sunt alia vni, neque illis similitudo ac dissimilitudo inest. Si enim similia atque dissimilia ipsa essent, ex eo quod in seipsis similitudinem dissimilitudinemque haberent, duas vtique contrarias inueniunt species tam ipsa alia, quam vnum in seipsis comprehenderent. Apparet. Ac fieri non potest, vt que nullo participant, participent duobus. Nò certe. Neque ergo similia, neque etiam dissimilia sunt, duo quæcunque ab vno alia: etenim si similia, vel dissimilia sint, vna quadam altera specie participant: & si ambo, duabus quibusdam contrariis speciebus. hæc autem impossibilia esse patuit. Vera dicitis. Non igitur eadem, nò altera, non agitata, non quæta, non orientia, non percutientia, non maiora, non minora, non æqua, non denique aliud quicquam huius generis accidet. Nam si quid tale susceperint, vnoquoque & duobus, & tribus, partique & impari participant, quod esse impossibile vidimus, cum vno per omnia fiat delituta. Verissima hæc sunt. His ergo de causis, vnum si est, omnia est vnum, & nihil est, & ad seipsum, atque ad alia eodem modo. Omnino sic se res habet.

AT verò si vnum non sit, quid contingat nonne post hæc considerandum est? Considerandum. Quoniam hæc suppositio est, si vnum non est? Num aliquo differat ab ista, si non vnum non est? Differatane. Nò solùmmodo differat, et etiam omnino contraria est hæc, si non vnum non est, illius, si vnum non est: Contraria omnino. Quia autem si quisquam dixerit, si magnitudo non est, vel paruitas non est, vel aliud quicquid huiusmodi, nonne in singulis inuenit quod aliud quiddam dicat ipsum non ens? Omnino. Nonne igitur nunc declarat, quod alterum quiddam præter alia ipsum non ens dicit quando dicit, vnum si non est, intelligimus quia quid dicit? Intelligimus. Primum igitur aliquid quod cognoscit potest, exprimit deinde alterum quam alia, cuius vni, siue esse illi adiciens siue non esse: nihilominus cognoscitur quid non esse dicatur, quod quod differat quiddam est ab aliis. an non? Necesse. In hæc itaque modum a principio dicendum, vnum si non est, quid esse oportet. In primis itaque ipsi hoc oportet accidere, vt videtur, esse videlicet quoddam eius scientiam, aut nihil intelligere

Sexta suppositio. Negativa ex subiecto infinito est contraria negativa ex subiecto.

Sicut sit, & cetero ex ea vera est, si ratio ex se falsaverit, si vera.

nos quid dicamus, quando vnum si non est, proferimus. Vera loquens. An non & alia altera esse, quam illud, vel neque illud alterum quam alia prædicari? Maxime. Ergo diuersitas quoque præter scientiam illi adest, neque enim aliorum diuersitate dicit, quando vnum alterum, quam alia vocat, sed simpliciter diuersitatem. Apparet. Quinetiam ipsius illius, & alius, & huius, & huic, & horum, atque omnium huiusmodi participes, ipsum non ens dicitur. Neque enim vni diceretur, neque ab vno alia, nec illi quicquam esset, nec illius quicquam, neque aliquid appellaretur, nisi participes cuiusdam, aut quarumdam huiusmodi sit. Rectè. Esse tamen vnum, nisi existat, impossibile est: participare verò multis, nihil prohibet. Sed & necesse est si quid ipsum vnum illud duntaxat, nec aliud nò est, quod si nec vni ipsum, nec illud, non erit, sed de alio quodam sermo habetur, nihil pronuntiar oportet: fin autem vnum illud duntaxat, non aliud præter ipsum non esse, & ipsius illius, & aliorum multorum participes esse dicendum est. Et maxime quidem. Quamobrem dissimilitudo illi est ad alia: nam cum alia altera sint quam vnum, extranea esse oportet. Oportet. Extranea verò nonne alia? Quidni? Aliena autem nonne dissimilia sunt? Dissimilia plane. Atqui si vni dissimilia sunt, dissimilitudo dissimilia erunt. Plane. Aderitaque & vni dissimilitudo secundum quam alia ipsi dissimilia sunt. Videtur. Et si illi dissimilitudo ad alia competit, nonne ad seipsum similitudo conuenit? Quoniam modo? Si vni inest dissimilitudo ad vnum, haud sane de huiusmodi quodam vt de vno sermo haberetur, neque suppositio deo non, sed alio quopiam fieret. Prorsus. At isthuc nò decet. Non certè. Ob hanc causam oportet vni similitudinem ad seipsum adesse. Oportet. Item nec æquale aliis est. Etenim si æquale esset, iam profecto etiam simile illis secundum equalitatem existeret. Vtraque verò hæc impossibilia, cum vnum minime sit. Impossibilia. Postquam verò ceteris æquale non est, nonne & alia necesse est illi æqualia nequaquam esse? Necesse. Quæ autem non æqualia, inæqualia sunt. Inæqualia. Inæqualia verò inæqualitatis participes, vnum apparet, secundum quam cetera ipsi inæqualia sunt. Participes profecto. Ceterum ad inæqualitatem magnitudo ac paruitas attinet. Attinet. Et magnitudo ergo & paruitas tali vni cõuenit. Videtur. Magnitudo rursus & paruitas semper inueniuntur distant. Ideoque medium quiddam semper interuenit. Sane. Nò reperit medium aliud inter hæc præter æqualitatem? Nullum aliud. Cuiuscunque igitur magnitudo & paruitas accidit, accidit quoque æqualitas, horum obtinens medium. Constat. Vni igitur dum non est, æqualitas, magnitudo, & paruitas accidere videntur. Videtur. Præterea & essentia participare quodammodo ipsum oportet. At quomodo? Habere seipsum oportet eo modo quo diximus, nisi enim sic sese haberet, haud quaquam vera diceremur, dum vnum non esse fateamur. Sinautem vera, manifestum est, quod ea quæ sunt, proferimus. nonne? Sic est. Cum verò nos vera predicare dixerimus, necesse est, vt ea quæ sunt, asserere nos profitemur. Necesse. Est ergo vni, vt videtur, non ens. si enim non sit non ens, sed aliquid ipsius esse remittat ad hoc, venon sit, statim erit ens. Omnino quidem. Oportet igitur vt non ens, esse non ens, velut in eullo ipsius non esse habeat, si debet non esse quod admodum cõtra ens ipsius essendi vinculum habet

ipsum non esse nò ens, vt perfectè rursus esse liceat. Ita enim ipsum ens maxime erit, & ipsum non ens maxime non erit, si ipsum ens quidem participet essentia essendi ens, non autem essentia essendi nò ens, si omnino esse debeat: ipsum vero non ens nò participet essentia non essendi nò ens, sed essentia non essendi ens, siquidem non ens penitus videri debeat. Verissima hæc sunt. Nonne igitur postquam ens nò essendi participes est, & nò ens ipsius essendi participes, vnum quoque cum non sit, ipso esse participare, necesse est ad hoc, vt verè non sit? Necesse. Essentia igitur adesse videtur vni si non sit. Videtur. At qui non essentia rursus, si quidem minime sit. Quidni? Num potest aliquid, quod certo quodam modo affectum, sic habere se dicitur, nò sic se habere, cum nondum ex huiusmodi habitu trãsmutatã sit. Nò potest. Quodcunque igitur sic se, & nò sic se habet, mutationem quandam patitur. Patitur. Mutationem verò motumque, an aliud quiddam esse dicemus? Motum. Vnum autem nonne & ens & non ens apparuit? Apparuit. Ergo & sic, & nò sic se habens. Videtur. Vni ergo non ens moueri videtur, siquidem mutationem ex ipso esse in nò esse recipit. Patet. Enimvero si nusquam in natura rerum adest, cum non sit, non vtique aliunde alio migrare potest. Quo pacto enim posset? Nò ergo mouetur ex eo quod trãscat. Minime. Neque tamen in eodẽ versetur. Etenim ipsum idem nusquam attingit: ens namque ens ipsum idem, nò ens autem in aliquo eorũ quæ sunt, esse impossibile est. Impossibile certè. Non ergo vnum cum non sit, in eo versari in quo minime est, vnumquam posset. Nusquam. Neque etiam alteratur vni ab seipso, neque ens, neque non ens: haud enim sermo de vno alterius haberetur, si quidem à seipso alteratũ fuisset, verum de alio quodam præter vnum. Probè. Si neque alteratur, neque in eodẽ reuoluitur, neque progreditur, quoniam pacto mouebitur? Nullo. Quod verò moueri nequit, quietem agere necesse est, & quod quietis, consistere. Necesse. Igitur vnum si non est, stat atque mouetur. Videtur. Quinetiam si mouetur, necesse est proculdubio alterari: quatenus enim quid mouetur, cætenus non eodẽ modo quo prius, sed alio sese habet. Plane. Ergo vnum dum mouetur, etiam alteratur. Profecto. Veruntamen nullo modo motum, nullo modo alteratur. Nullo penitus. Quamobrem vnum quod non est, quia quid mouetur, absque dubio alteratur: quia verò non mouetur, minime alteratur. Minime. Ideoque vni si non sit, alteratur: atque etiam minime alteratur. Constat. At quod alteratur, an non alterat, quam antea fieri, pristinumque habitum exuere oportet: quod verò nò alteratur, neque fieri, neque etiam interire? Necesse est sequitur. Vnde vnum quod non est, quia alteratur, efficiat ac perit: quia vero nò alterat, nec fit, nec interit. Atque ita & sit pariter atque interit, rursusque neque fit, neque interit. Sic est.

Refusus iam ad principium redeamus, liquido in-
speciãturi vtrum hæc deinceps, quemadmodum
hæc ens, an aliter esse videtur. Operæpretium hoc
est. Nonne iam differimus quid circa vnum acci-
dat, si ipsum minime sit? Differimus. At quoties nò
ens proferimus, nihil aliud nobis significat, quam
essentia absentiam ab illo quod quidem non esse
pronunciamus. Nil aliud. Vtrum quando dicimus Non ens,
non esse aliquid, aliquo modo ipsum non esse in-
telligimus aliquo modo esse? An potius hoc ipsum,
non est, quoties pronuntiar, simpliciter significat
quod nullo profus modo vsquam est: & cum non
sit

Septima suppositio.

